



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam  
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem  
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum  
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de  
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Disputatio IV. De Sphæra obiectiva extrinseca scientiæ diuinæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)



## DISPUTATIO IV.

## De sphaera obiectiua extrinseca scientia diuina.

**D**E obiectis extrinsecis diuinae cognitionis instituitur praefens disputatio, postquam de intrinsecis egimus. An scilicet extrinseca Deo secundum se sumpta, atque in seipsis à Deo cognoscantur? Et id quidem vniuersim praescindendo ab eorum statibus, quos vocant possibilitatis futuritionis absolute, & conditionate, de quibus d. 5. agetur? Intelleguntur autem obiecta extrinseca tam creatura, quam earum negationes contingentes; imò, & negationes necessariae, quas chimerae, seu impossibilia, vel habent, vel potius sunt.



## QVÆSTIO I.

## An creata positiua sciat Deus?

**D**E hoc quidem, licet adeò apertum nonnulli in quæstionem vocare referuntur, vt non sit omniterendum.

## CERTAMEN I.

## Deum creata positiua cognoscere, certum ex fide, &amp; ratione est.

1. **C**apreolus in 1. d. 35. qu. 2. argumentis contra secundam conclusionem refert, Aureolum negasse creata à Deo secundum proprias entitates cognosci formaliter, solumque admisisse cognosci ab eo eminenter, quatenus essentiam suam, in qua creata omnia eminenter sunt, contemplantur. Hanc, sicut alias Capreoli, acutissimo Cardinali imposturam conuerunt merito alij, cum quibus & ego: eamque ostendunt ex Aureoli ad purum edito nuper textu: Et quidem ad eam ostendam satis est quod ipse Aureolus eadem quaest. 2. docet nempe Deum, sicut ratione suae essentiae intelligat creaturas, per se tamen primo ad ipsas eius intellectionem representandas diuinam cognitionem extendi, licet quatenus ad diuinam essentiam terminatur, eminentialis solum earum cognitio, & representatio sit: quod solum voluit Aureolus; non negare Deo scientiam formalem creaturarum, vt ipsum distorte interpretatus Capreolus, quam eadem, quae ac sepe sibi expressè admittit Pasqualigus d. 23. licet sect. 1. Catholicam doctrinam contra Aueroem statuat, tamen sect. 4. n. 28. negat creaturas esse terminum proprium diuinæ cognitionis secundum propriam essentiam, explicatque terminum proprium esse terminum representatum in argumento; quo & sibi, & Catholicæ veritati videtur aduersari.

2. Itaque praefixam conclusionem nullus Theologus, imò nec philosophus expressè negauit: est quippe hinc certa atque euidens, & ratione naturali. Fide quidem Eccles. 17. *Oculi eius sine intermissione insipientes, creata, de quibus ibi, & c. 23. vbi Dei oculi, profundum abyssi, & hominum corda inuenientes dicuntur: & cap. 39. Non est quidquam absconditum ab oculis eius: A saculo & usque in saculum respicit, & nihil est mirabile in oculis eius, Job 28. Ipse fines mundi intuetur, & omnia, quae sub caelo sunt, respicit; & cap. 21. dixerat: Numquid Deum*

doceret quispiam scientiam. Docere autem posset, si aliquid non sciret. Et clarus in eadem sententiam Ecclesiast. 42. *Cognouit enim Dominus omnem scientiam, cap. 18. Ecce caelum, & cali caelorum, abyssus, & vniuersa terra, & quae in ea sunt in conspectu illius. Ad Hebraeos 4. Non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia autem nuda, & aperta sunt oculis eius. Psal. 137. Excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit. Et passim in alijs psalmis. Vnde Psal. 138. ironice Pfaltes dixit: Forsitan tenebra conculcabunt me, ne videat Deus. Statimque addit: Sicut tenebra eius, ita & lumen eius: id est, atque in tenebris, atque in media luce intuetur: Esther. 14. Domine, qui habes omnium scientiam. Ioan. vlt. Domine, omnia nesci: cum alijs locis, quae attingimus d. 1. quaest. 1. & attingemus agentes de possibilitate futurorumque, tam absolute, quam conditionate, scientia Dei. Item de cognitione secretorum cordis. Denique omnia loca, quae diuinam erga creata causalitatem, gubernationem, prouidentiam, & praedestinationem tradunt, mediate praesentem veritatem testantur.*

3. Ratione insuper naturali eadem veritas ostenditur. Primo: quia scientia Dei, qua Dei, seu diuina, infinita illimitata, summaque in sua linea esse debet, non minus quam reliqua diuina praedicata: ergo debet esse scientia, & cognitio omnium veritatum, & obiectorum scibilium, seu cognoscibilium, in quibus indubitato creata obiecta sunt. Alioquin, si creata nesciret Deus, eius scientia limitata argueretur, nec summa foret. Secundo quia Deus vult aliqua extra se: ergo & ea cognoscit; alioquin veller, quod ignorat, quod & stolidum est, & impossibile. Tertio: quia non solum ea, vtrumque vult; & amat in eis complacendo, vt Genes. 1. dicitur: *Vidit cuncta, quae fecerat, & erant valde bona, scilicet voluntate complacentiae; sed voluntate desiderij, & eorum effectiua.* Est enim prima, & vniuersalis causa perfectissima, ac proinde omnium pro suae voluntatis, & libertatis arbitrio effectiua: nequit autem voluntate agere, nisi facienda praenouerit, neque liberare, nisi in agendum, & non agendum rationes perfectissime, si perfectissima libertate acturus sit, (vt acturus est Deus) penetraret, & percelleret: quare nisi, & agendum naturas, & essentias perfectissime cognoscat. Quarto probatur conclusio: quia Deus omnium creatorum prouidentissimus est gubernator: nequit autem eis, quae ignorat, prouidere, eave, quae nescit, gubernare: sunt enim haec munera essentia sua intelligentis, & volentis, vel formaliter vel praesuppositiue, vt suis locis videbimus.

4. Quinto demque: quia extrinseca obiecta cognoscere est perfectio sine imperfectione: ergo Deo est concedenda. Non disputo modo, an possibilia in seipsis cognoscat Deus? Id enim alterius difficultatis est: licet ex rationibus hic datis definienda. Solum enim conueniendo creata extrinseca (quae cumque illa sint veritatemque habeant) à Deo esse cognoscenda: an vero eam in se habeant possibilia: quomodo eam habeant futura, praeterita, aut existentia: infra crit videndum.

## CERTAMEN II.

## Obiectiones nonnullae expediuntur.

1. **O**biicitur primo Arist. 12. metaph. text. 51. vbi Deo creaturarum scientiam negasse videtur. Sed quid inde cum fides, & naturalis ratio ab eius nos reuocant errore? An vero ita eo loci extraxerit: dubium est: errasse censent Nemes apud Nyssen. 8. philosoph. cap. 4. Iandun. 12. metaph. quaest. 2. Arimim. in 1. d. 35. qu. vlt. Aureol. apud Capreol. qu. 2. Valent. 1. par. qu. 14. punct. 4. Vaq. d. 87. cap. 1. Molina, & alij ab eo excusant errore Aristotelem. Siquidem 4. metaph. text. 15. & 1. de anima text. 80. & sequentibus probat ex effectuum perfectione: & vt absurdum contra Empedoclem inferit, Deum non cognoscere elementa. Insuper 2. physic. textu 75. docet, naturam semper agere propter finem: quod nisi ex primæ causæ intentione, & directione fieri nequaquam potest.

Poteſt, Rufius 2. de anima tex. 37. & ſequentibus, & prærem. lib. 1. metaph. ante textum diuifionem cap. 3. alius 4. præfert Anaxagore ſententiam, quod intellectus fit mundi cauſa, & 12. metaph. cap. vii. Deum principem, & vnicum omnium gubernatorem faceret, cuiusque erga res omnes prouidentiam 10. ethic. cap. 8. circa finem, & 7. ethic. ad Eudem. cap. 17. & 18. oftendit bonam fortunam immanentem bonas cogitationes, & motus iudei-beratos ad bonum nil aliud eſſe, quam Deum qui eſt vniuerſaliſſimum rerum, & actionum principium, ac prouide & motus in anima: concluditurque: *Rationis autem non ratio ſed præſtantius quidpiam eſt. Quid autem præſtantius, niſi Deus?* Quomodo autem hoc cohercat cum cap. 8. libri 1. Magnor. Moral. vbi negat Deum bonam fortunam eſſe, videtur alij. Denique cuſi minimarum rerum prouidentiam negauit, vt aliqui volunt, non ſtatim negaſſe earum ſcientiam inferat, cum prouidentia eura addat, quam poſuit de minimis, etiam notis, negligere. Denique primam cauſam vnicam Deum, & eamque perfectiſſimam nouit: quare & omnium per intellectum, & voluntatem effectuum, vt aperta à nobis data ratio ſuadet, quam aſſecutum non eſſe Ariſtoelem credere non poſſum: quare cenſo ipſum creaturam notitiam ab ipſis creaturis acceptam Deo negaſſe, non autem abſolute earum ſcientiam, vt de Dionyſio Areopagita, & S. Th. ſtatim dicam.

1. Oppones Dionyſium 7. de diuinis nom. ſcribentem: *Deus ea que ſunt noſcit, non rerum notitia; ſed ſui: ergo creata ſolummodo cognouit Deus, quatenus in ipſo ſunt.* (quo modo non ſunt creata; ſed increatus Deus iuxta illud Ioan. 1. *Quod factum eſt in ipſo erat vita*) non autem quatenus in ſeipſis ſunt, ſiue ſecundum eſſentias, & entitates proprias diſtinctas à Deo. Reſpondit optimè Vaſſore noſter d. 60. cap. vlt. ſolum negari Deo à Dionyſio ſcientiam creaturarum ab ipſis creaturis acceptam, non diſtinctam ſolum; ſed dependentiã, tanquam à termino necellario ad intrinſecã cognitionis diuinæ exiſtentiam. Iſtoque ſatis aperte oftenditur ex his ab eodem Dionyſio videri præmiſſis: *Non ea, que ſunt ex his, que ſunt diſtincta: noſcit diuina mens. Quo etiam ſenſu S. Thom. 1. par. quaſt. 14. art. 5. negauit Deum videre creaturas in ſeipſis; ſed in ſeipſo.* Denique Auguſtinus, qu. 46. ex libro octoginta trium, dum ait: *Non enim extra ſe quidquam poſitum inuenerat, vt ſecundum id conſideret, quod conſiderabat: ſolum voluit, Deum non habuiſſe exemplar aliquid extrinſecum, quod in mundi creatione imitaretur, non autem res in ſeipſis non vidiffet, conſtat ex ipſis verbis, atque ex immediate ſequentibus: Nam hoc, inquit, opinari ſacrilegium eſt: ſacrilegium autem ſecundum hoc non eſt; ſed illud primum.*

3. A ratione oppones: ſcientia Dei ad creata formaliter, & ſecundum proprias entitates, & eſſentias repræſentanda extenditur, ac terminatur: ergo & ab eis ſpecificatur, quoad intrinſecum repræſentationis, & cognitionis diuine; ac prouide diuinum aliquid à creatis dependebit, ſicut tanquam à termino, ſine quo non, quod abnuimus. Patet quia cognitio omnis qua cognitio, à ſuo obiecto ita ſpecificatur, ac pender, vt ſine illo eſſe non poſſit. Solutio communis, & firma negat conſequentiam. Ad eius probationem de obiecto primario, & ſpecificatiuo cognitionis admittit aſſumptum antecedens; de ſecundario, ac non ſpecificatiuo (cuiusmodi ſolum obiecta ſunt cognitionis diuinæ creata cuncta) negat. Inſtabis. Dependentiã cognitionis ab obiecto non prouenit obiecto, quod primarium, & ſpecificatiuum illius ſit; ſed ex eo quod ſit eius terminus, circa quem cognitio actuale exercitium illud repræſentandi, ſeu actu formalis repræſentatio eſt. Inde enim eſt cum obiecto connexam habet ipſius cognitio: vel ergo creata obiecta in ſe, ſuoque ſpeciali eſſe, & entitate ſunt proprie obiecta, & proprii termini diuinæ cognitionis, vel non: ſi poſtremum, & proprii termini Deus creatus, niſi quatenus ipſe Deus ſunt; ſi primum: cognitio Dei circa creata connexa, quoad intrinſecum cognitionis, cum creatis erit, ab eis que dependens.

4. Nihil prætat inſtancia. Vniuerſim enim loquendo falſum eſt, connexionem eſſentialem cognitionis cum obiecto eſſe cum illo, non quia primarium, & ſpecificatiuum eiuſ ſit; ſed quia illius ſit formalis actualis repræſentatio. Hæc enim id in creatis cognitionibus, & repræſentationibus actualibus formalibus verum omnino ſit: quia, cum

Chriſtoph. de Ortega, de Deo Pns. Tomus I.

ſunt repræſentationis limitata, que vnum tantum obiectum attingit, ac repræſentat, nequit inuariatã intrinſecè aliud repræſentare formaliter, vel illud ipſum non repræſentare: ac prouide quidquid verè in ſe repræſentatur, & attingitur cognitione creata, cuiusque terminus actualis eſt, eſt terminus ſine quo non; inde tamen euincitur, omnia obiecta reſpectu cognitionis creatæ, que in ſe, & ſecundum proprias entitates ab illa attinguntur, & repræſentantur, non ſolum purè terminos, ſeu obiecta non ſpecificatiua illius eſſe; ſed eſſe vera ſpecificatiua ſue cognitionis: ſolumque obiecta, que in ſe non cognoscuntur; ſed quatenus aliquid illorum cognoscitur, & repræſentatur eſſe obiecta materialia ſecundaria, ac non ſpecificatiua cognitionis: vt patet in ſubſtantia, que videtur, ſentiri que materialiter dicitur, cum eius accidentia videntur, aut ſentuntur, qua etiam deſiciente, eadem ſentatio perſeuerat, vt patet in viſione panis ante, & poſt conſecrationem. Mirò obiecta formalia aſſenſus, vel diſſenſus, inter que, & materialia aliud diſcrimen eſt.

5. In cognitione verò, & ſcientia diuina ꝑ conceptu, & genere ſuo illimitata, infinita, & ſumma, res aliter habet: vt, ſcilicet, è ſuo obiecto primario æqueque, atque ipſa conſtanti, & necellario (ſcilicet Deo) adeo perfectã in genere cognitionis euadat, vt omnium cognoscibilem ſcientia ſit: nihilque ei aliorum obiectorum accellu cognitionis poſſit accedere: quare reliqua à Deo cognitionem quoad intrinſecum anticipatam ſui à primario obiecto habent, qua actu formaliter repræſentantur, cum accedunt: nihilque in eo intrinſecè cognitionis ſue ponunt: ac prouide purè materialia obiecta ſunt. Sicut panis ſubſtantia cum per accidentia ſua, vtrunque ſentitur, licet hic in ſe non ſentiat in ſe autem à Deo cognoscantur creaturæ. Hinc facile apparet, diuinam ſcientiam ad creata etiam abiectiſſima repræſentanda ſine vlla ſumme ſue perfectionis iactura extendi poſſe.



QVÆSTIO II.

An creata omnia ſecundum ſpeciales, & atomas eorum rationes cognoscatur Deus?

**S**TATIMVS Deum alia à ſe, nimirum creata obiecta, noſce. In terminis autem omnia creata ab ipſo cognosci ſtatutum hæctenus non eſt: cum tamen circa hæc etiam Catholicam veritatem nonnulli aberrauerint.

CERTAMEN I.

Errores contra præſatam veritatem ge-  
cenſentur ab eiſque vindicatur  
Hieronymus.

1. Ariſtoteles 12. metaph. cap. 2. & 9. ſubſtantiaria hæc, præſertim imperfectiora, à Deo non cognosci, indicauit: quia viliora & imperfectiora ſunt, quàm oculos ſupremæ Maieltatis deceant: incaſum autem ab eo errore ipſum excuſare conatur Soar. d. 30. met. ſect. 11. Ruiz. d. 9. de ſcient. & alij: cu in eo ipſum intelligant Clemens Alex. Nyſſen. Naz. Epiph. Eufebius Cæſarienſ. Theodor. Ambr. Saluſianus, Nizeras, & Patres alij reſcari à noſtro Valquez d. 87. cap. 1. à num. 2. qui cum fuiſſe Ariſtotelis errorem, cum citato loco, tum lib. de mundo ad Alex. prop. finem, tum lib. magnor. moral. c. 8. ſolita eruditione demonſtrat. Eundem errorem ſecutus eſt Auicenna, quem reſert & ſequitur Auerroes 12. met. commet. 51. & 10. 9. opuf. *Diſtinctio diſtinctionis, que nullo opere præcepto excuſare conatur*

C c FERRARA

ORTEGA  
En J. p. a. u.  
D. V. I. a.



de capillis nostris fere solum sterquilino, & rudibus  
 nasci: quos, in numero etiam, notatos à Deo idem tex-  
 tus docet: *Vesperi autem capilli capiti omnes numerati  
 sunt*: Vide ad viliora (si que sunt) creata, reliqua cui-  
 dens ducitur argumentum; cum eadem sit, eliquorum vi-  
 lium ratio, nec maior in reliquis, quam in enumeratis in-  
 uentis Dei indecentia, atque à ratione difficultas. Com-  
 mune Patrum sensum, tam pro hac, quam pro duabus  
 sequentibus testimoniis recitat Ruiz d. illa 9. sect. 4.

1. Probatur secundò ex his, que tam ab autoritate,  
 quam à ratione omniscientiam Dei probant: & que ab  
 auctoritate data iam à nobis sunt, qu. 1. certam. 1. num. 2.  
 & 3. atque nonnulla concl. 1. adduntur: ubi etiam adiu-  
 gentis rationes præter datas citata questione 1. certam. 2.  
 num. 2. et 3. quas præsertim magis applicare non est dif-  
 ficile. Primo enim vilissima etiam queque à Deo causan-  
 tur perfectissima achiuitate, & operatione, que cognitio-  
 nis & voluntatis, imò & libertatis interuentu in operante  
 necessario est. Secundo ex munere gubernatoris vniuersi,  
 atque creaturis cunctis prouidentissimi parentis. Tertio  
 et prouidentia speciali, quam de hominibus habet, &  
 specialissima de predestinatis, quibus vilissima animal-  
 ium mortificationis, ac meriti maceria sunt. Quarto  
 quia hæc eadem, quantumvis vilia, determinatam ha-  
 bent unitatem, veritatem, & cognoscibilitatem: ergo  
 & à Deo cognoscuntur: ne curta, ac limitata eius scien-  
 tia sit. Vitiò: quia cuiusmodi cognitio est perfectio sine  
 imperfectione: ergo Deo concedenda. Antecedentis pro-  
 bationis præcipua, est solutio fundamenti Aristotelici, cui  
 occurrunt qu. f. certam. 2. num. 4. sine, ex speciali na-  
 tura cognitionis diuine. Cum enim omnino à creatis ob-  
 iectis absoluta, & independentis sit, nihil profus intrin-  
 sece sue unitatis, & representationis formalis, creatio-  
 nis etiam emendicans, nil creaturæ vilitatis, imperfec-  
 tionis, aut limitationis creatorum obiectorum trahit  
 quemadmodum solis radij purissimi sordida queque ob-  
 iecta impungunt, perferuntur, ac permeant, quin sordes inde  
 potantur, à luæ puritate, & splendore deficiant: quia  
 non ex illis; sed ex sole, scilicet limpidissimo, ac pellu-  
 cido luminis fonte: ita etiam diuina mentis radij ex Deo  
 solum ipso (num. vi intelligente, tum vt obiecto) amplifi-  
 mo lumine Patre lucem accipientes, ab obiectorum  
 creatorum imperfectione, limitatione, vilitateque,  
 multo solatibus radij indemiores cuncta perfluant:  
 vt ideo etiam diuine mentis claritas solares faces longè  
 superare dicatur Ecclesiast. 13. *Oculi domini multo plus  
 lucidiores sunt super solem circumspicientes.*

Et hæc est solutio huius (vt pote nulli instantie pa-  
 tens) est ea, quam subtiliter adhibuit Gregorius de Ari-  
 mine, vetus scholasticus deliciarum: & si cognitio creata  
 speciem sumat ab obiecto, quod representat, non au-  
 tem eius imperfectionem, aut vilitatem, quia non obiecti  
 speciem ipsam sumat, sed aliam suam. Neque enim vi-  
 le est vilia cogitare eum, qui eorum cognitione à nobis  
 huius obiecti cogitatione non remouetur: neque eorum  
 cognitione in vte aliquid iudicatur: quorum neutrum  
 ad eum Deo, imò nec beatis potest. Desumpta autem  
 videtur solutio hæc ex Augustino de vilitate credendi.  
 cap. 11. ubi ita scribit: *Intelligere semper sine vitiò est:  
 non intelligere magna, & honesta, vel etiam diuina beati-  
 fimum est: intelligere autem superflua nihil nocet: sed  
 sensu discernere necesse est, cum tempus necessarium occu-  
 parit. Ipsi etiam necesse non intelligere, sed facere, aut  
 pati miserum est. Non enim si quis cogitet, quomodo pos-  
 sit inimicus sine suo periculo cecidi, intelligentia, & non  
 primo cupiditate vitiò est: quia si absit, quid innocenti-  
 a dicitur? Caterum si diuina cognitio à creatis obiectis,  
 etiam quatenus circa ipsa versatur, queque representat,  
 quod intrinsecum sui specificaretur, ac dependeret li-  
 mitata foret, & quo obiectorum creatorum imperfectio-  
 nis, & imperfectiorum, imperfectio cresceret, pro-  
 portionem saltem geometrica & diuine illorum cogniti-  
 onis perfectio minor, & minor foret: physico quidem,  
 & metaphysico vitiò, licet non morali, de quo Augu-  
 stinus ibi: quare solutioni primæ standum merito censu-  
 erim, & exemplo, quo eam olim illustrauit Nemesius  
 Emilian. lib. de nat. hominis, cap. 44. §. 4. post med.*

4. Sit secunda conclusio: creata cuncta secundum om-  
 nia eorum etiam aeterna prædicata, & indiuiduantes dis-  
 tinguuntur, & in diuina ratione demonstrantur.

ferentias cognoscit, & penetrat scientia sua Deus. Est  
 etiam Catholica conclusio contra Auicennam, Aueroem  
 & innominatos à S. Thom. Doctores ex eis omnibus locis,  
 quibus omnium creatorum scientia, seu omniscientia  
 Dei in scriptura, Patribus, & Conciliis asseritur. *Omnia*  
 enim singularia omnia designat, non solum secundum ra-  
 tionem communem, in qua vnum potius sunt; sed qua  
 plura, atque inter se singulariter, atque indiuidualiter  
 differunt. Secundo probatur ex illo Genes. 1. *Vidit Deus  
 cuncta, que fecerat, & erant valde bona*: ex quo loco  
 verbo *cuncta* idem argumentum desumitur: verbo autem  
*fecerat* aliud satis efficax: nam ea omnia in indiuiduo fe-  
 cerat, atque omnia eorum etiam indiuidua prædicata:  
 ergo indiuidua omnia creata, & eorum etiam indiuidua-  
 lia prædicata vidit: ex laude & complacentia diuina  
 erga omnia creata illis verbis, *Et erant valde bona*: ter-  
 tium, nihilo segnius, argumentum instruitur: nisi enim  
 intime speciales, & indiuiduas etiam creatorum naturas  
 penetrasset, imprudenter ea omnia laudaret: cum ex spe-  
 ciali natura, & prædicato cuiusque defectuosa, & indig-  
 na laudis esse possent; licet communi enris prædicato  
 bona forent. Bonum enim ex integra causa; malum vero  
 ex quo eumque defectu: imò bonitas, & perfectio nil  
 aliud, quam rei totalitas, & integritas, est. Tertio Psal.  
 146. noticia Dei indiuiduarum omnium stellarum indi-  
 duatum esse expressè dicitur: *Qui numerat multitudinem  
 stellarum, & omnibus eis nomina vocat*, unde ad creata  
 reliqua facilis est consequentia, & perspicua. A ratione  
 vero totidem, eademque argumenta militant pro hac, ac  
 pro prima conclusione: ex eo, quod omnia creata, ac se-  
 cundum omnia prædicata, etiam indiuiduationem, à Deo  
 intellectu, & voluntate ac libere sunt. Secundo quia fe-  
 cundum omnia sua prædicata sunt cognoscibilia, & vera.  
 Tertio: quia omnia indiuiduatum cognoscere perfectio  
 sine imperfectione est; imò necessarium, vt Deus omnisci-  
 entis sit, sicuti necessario fore naturali ratione demonstra-  
 tur.

5. Sit tertia conclusio etiam Catholica: ea omnia sin-  
 gularum sine vili consensione clarissime, & distinctissime  
 cognoscit Deus. Probatur ex 4. ad Hebræ. *Omnia autem  
 nuda, & aperta sunt oculis eius*; que autem confuse so-  
 lum videntur, nuda, & aperta oculis non sunt. Secundò  
 ex Ecclesiast. 13. *ubi Oculi domini multo lucidiores sunt  
 super solem circumspicientes*. Confusio vero obcuritas  
 potius, quam claritas cognitionis est. A ratione probat-  
 ur conclusio: quia, etsi Deus possit vnum prædicatum  
 ab alio ex parte obiecti præscindere; aut potest etiam  
 rem, vt physice est, intueri: re autem ipsa, & physice  
 res quævis indiuisa, & insectilis in se est; ergo nequit esse  
 in ea cognitione rei, vt physice, & re ipsa in se est, con-  
 fusio, & complicatio, que solum in re partibus constante  
 esse potest. Nihil autem partibus metaphysicis (de qui-  
 bus hic loquimur) physice, atque, vt re ipsa est, constat;  
 imò nec physice partibus constant creata plura; ergo si  
 qua in rerum, vt physice sunt, cognitione confusio sit,  
 in ipsa cognitione erit; ergo in Dei cognitione confusio-  
 nis imperfectio in aduersa conclusione admittetur, quæ  
 summæ perfectionis cognitionis diuine manifestè repug-  
 nat. Quod si Deus (vt fert valgarior sententia) non-  
 nisi, vt physice, ac re ipsa sunt, res potest cognoscere,  
 clarius adhuc probata conclusio manebit in alia verò ad-  
 mittente Deum ex parte obiecti, physice etiam insectilis,  
 posse cognitione sua præscindere, eadem ratio probat:  
 quia, si omnia, & singula rei cuiusvis prædicata præ-  
 scindendo cognoscit; in nullo ex his potest esse ex parte ob-  
 iecti confusio: cum, adhuc metaphysice indiuisibilia, pro-  
 fus omnia, & singula sint: quare, & cuiusvis complicatio-  
 nis, & confusio obiecti de se, & in se, omnino inca-  
 pacia: ergo tota rota confusio Dei cognoscentis erit, at-  
 que in diuinam refundetur cognitionem; quo nihil  
 absurdius, & eius perfectioni summæ  
 repugnantius.  
 \* \* \*

ORTEGA  
 In J. parti  
 D. VIIa





## QVÆSTIO III.

*An Deus creata omnia in seipsis specificatiue, nec solum secundum proprias eorum entitates, cognoscat?*

**Q**VÆSTIO etiam hæc vniuersim exagitur præscindendo à creatorum statibus, siue possibilitatis, siue futurationis absolutæ, vel conditionatæ; neque habetur in eo sensu, quo ea, quæ secundum proprium esse, & entitatem cognoscuntur in se, id est, secundum se, & id ipsum, quod sunt, dicuntur cognosci: eo enim pacto creata in se à Deo cognosci ex fide, & ratione naturalis, q. 1. & 2. certum esse vidimus: solum ergo inquiremus an creata in suæ entitatis veritate, qua diuinam terminant cognitionem, satis habeant, etiam determinatiui vt à Deo cognoscantur, quin aliquo alio egeant, vt in illa tanquam obiecta representanda, & representata diuina scientia feratur.

## CERTAMEN I.

*Duplex questionis sensus aperitur, Doctorumque in utroque sensu sententia.*

1. **A**dhuc in sensu secundo explicato cognitionis obiecti alicuius in se duplex sensus later primo loca explicandus. Duplex enim potest obiectum, quod satis veritatis terminatiue habet, vt secundum se, atque eo sensu in se cognoscatur, alio nihilominus egeret, vt in ipsum cognoscens feratur cognitio, quam pure terminat, ita, vt illo alio deficiente, seu non cognito, & applicato, cognoscitiua potentia, quod illo eget, vt cognoscatur, nullatenus cognoscatur: ac proinde dupliciter potest habere obiectum determinatum necessarium ad sui cognitionem. Primo modo: quia alterum necessarium specificatum cognitionis illius est, & ipsum, quod cognoscendum per illam dicitur, pure terminatum est, vel satis de se non habet, vt suam specificet, aut moueat obiectiue cognitionem: ita enim altero, vt necessario ad specificationem cognitionis, illius obiecti cognitio determinabitur: quare in se specificatiue, adæquate, seu omnino non cognoscatur. Secundo modo, cum altero tanquam medio cognitio eget, in quo, aut ex quo illa, vel alia cognitio ad ipsum cognoscendum procedat: vt cum nos ex visione, aut cognitione cause occultam nobis effectum cognitionem deducimus, vel contra, & de utroque determinatio dubium est, an creature egeant, vt secundum se cognoscantur à Deo? ac proinde in se nequeant cognosci, an altero tantum? Verum quia hæc de primo modo, scilicet, specificatiue alterius necessitate agemus, est vtriusque meminimus, vt consulum doctorum pro utroque citationem abiciamus.

2. Duplex hoc determinatiuum genus distinxit i. explicatiue, vt distincte Doctorum hæc in se sententias proponerent, non confuse, sicut alij, qui determinatiua hæc non distinguunt eos, qui primo determinatiuo in creato egeret creata docent, vt cognoscantur, cum alijs, qui secundo determinatiui generis egeret putant, miscent, duplicemque questionem satis diuersam confundunt. Inde Quirous nos tractatu de scientia, d. 44. in eius explicatione circa suam, verbi, *Nihilominus* partem in dubio hoc affirmatiuum vniuersæ scholæ Societatis esse dixit: quasi hæc etiam sententia, quod creata obiecta non solum secundum se, sed omnino in se à Deo cognoscantur, quin alio egeant determinatiuo, Thomisticam scholam Societatis nostræ à Thomistica Dominicanorum

diuidat. Idque ex eo exploratum putat, quod nostri omnes in futuris creatis liberi id expresse contra Dominicanos fateantur. Sed certe de utroque genere determinatiui necessarii, sine quo cognitio Dei erga creaturas esse nequeat, fallitur aperte: nam id, in quo nostri à Dominicanis conspirato, ac vniuersim circa cognitionem diuinam futurorum liberorum in seipsis differunt, non est circa cognitionem eorum in seipsis, tanquam in determinatiuo specificatiue adæquate, & sufficienti ad ipsorum cognitionem: sed (vt sic loquar) mediatiue: id est, non egeret eiusmodi futura libera medio alio mediatiue determinante Deum ad ipsorum cognitionem, v.g. decreto absoluto Dei, physice præterminatione, vt Thomistæ, quasi iurato consensu, & sententia, contra nostram auxiliorum efficaciam, scientiamque mediam deiciunt. Determinatiuum verò specificatiue necessarium vt creata à Deo cognoscantur, plures nostri ex primoribus Doctores admittunt: ac subinde creata in se specificatiue (quod hæc quæ examinare contendimus) cognosci negant, vt iam videbimus.

3. His ita explicatis, prima in proposita questione sententia est: creata vniuersim, ab eorum statibus præscindendo, in seipsis à Deo cognosci tam specificatiue, quam mediatiue, seu quod idem est, nullo determinatiuo à se diuerso, siue tanquam medio, siue tanquam specificatiuo ad diuinam erga ipsa cognitionem egeret. Pro hac sententia refert Quirous, lect. 1. n. 10. eos omnes, qui omnem Dei connexionem cum creaturis negant: quasi necessario hæc sententiam docere inde teneantur, cum tamen ex connexionis præfata negatione, vt summum inferatur, non cognosci in Deo tanquam in medio, ac proinde in se cognosci, quin alio determinatiuo tanquam medio egeant; non autem alio specificatiue determinante non egeret, ac proinde specificatiue non, nisi in alio, cognosci. Refert verò ex alijs, qui eiusmodi connexionem admittunt pro sententia eadem nostros Henrize d. 5. cap. 4. Martinon, d. 10. lect. 1. Arriaga d. 19. lect. 4. Moncaum d. 3. lect. 11. cap. 11. § quod ergo. Cardinalem de Lugo in manuscriptis, quibus addit Albiz d. 5. de scientia. Bezanum: 1. par. cap. 10. qu. 4. n. 4. ac insuper Recentiores Complurentes, & Murcianos sæpè à nobis citatos. Pro eadem Murcianus eos omnes stare putat, qui docent, creaturas possibiles in seipsis cognosci. Sed certe, qui ex antiquioribus ita docent, solum necessitatem cognitionis creaturarum in Deo tanquam in medio negant, quare non afferunt in seipsis etiam tanquam in determinatiuo specificatiue, seu specificatiue cognitionis ipsarum creaturas cognosci. Unde non omnino in se cognosci defendere non teneantur.

4. Secunda sententia est, creaturas in seipsis nullatenus à Deo cognosci: sed Deo tanquam determinatiuo egeret Durand. Capreol. Caiet. Bannez. Zunel, & Thomistæ reliqui, quos refert, & sequitur Ruiz d. 10. de scientia lect. 2. d. 11. lect. 3. Molina 1. par. qu. 4. d. vnic. concl. 2. Valent. ibi punct. 4. Soar. 3. de attrib. c. 2. Arrabal. d. 29. cap. 3. Gonzalez. Albiz d. 37. lect. 2. Tanner. d. 2. qu. 3. dub. 3. & alij. Ceterum neque huic citationi fidendum: quia Thomistæ, & reliqui qui ferè solummodo loquuntur de necessitate cognitionis creaturarum in alio tanquam in medio prius cognitio, ac necessario cognoscendo, vt in illo creature à Deo cognoscantur, non autem de cognitione earum in Deo, tanquam in necessario specificatiuo, seu determinatiuo specificatiue cognitionis suæ erga creaturas. Licet enim medium determinans cognitionem illius specificatiuum habeatur, id tamen non tollit, quod obiectum in illo tanquam medio cognitum, eandem etiam, imo iniquius specificet. Et quidem Recentiores pro his duabus sententijs citati pro sua quique citant Scotum in 1. d. 35. & 36. Gregorium, Okam & Gabrielem, qui, me iudice, pro prima potius stant, vt videre est in Scoto d. 38. q. 1. §. Ad ista. Gregorio, qu. vnic. §. Ex his contra secundum, & S. Ideo dico sententijs formali. Gabriele qu. 2. art. 2.

5. Tertia sententia est assertio, creaturas ad sui cognitionem à Deo ipso, vt medio prius cognitio non egeret, ac proinde eo sensu in se cognosci à Deo posse, de factoque cognosci; at in seipsis specificatiue nullatenus cognosci; sed in Deo adæquate cognitionis suæ obiecto primario, & specificatiuo: ac proinde respectu eius creata, & extrinseca obiecta materialia solum obiecta sunt. Ita nosse Valquez 1. par. d. 60. cap. 3. Actuali foræ

citato, Alarcon tract. 2. d. 2. cap. 3. & 5. Gaspar Hurtado, d. 2. diff. 2. Quarta denique sententia esse potest, creaturas in se specificatiue quidem cognosci à Deo, secus medioliter: quia Deo, aliquo prædicato diuino, vt medio præcognito egent, vt cognoscantur. Non secus ac propositiones non per se notæ, sed ex medijs à nobis illatæ, sua veritate specificantur conclusionem, licet medio præcognito, vt eis assentiamur, opus habeant: esto extrinsece, aut physice à medijs cognitione conclusionis assensus determinetur in nobis: in Deo autem sit eiusmodi determinatio à cognitione sui ad cognitionem creaturarum metaphysica solum: quia reipta virtutisque cognitio eadem reipta est huius sententia.

CERTAMEN II.

Nostra prima conclusio stabilitur.

1. **D**ico primo: creata obiecta in se specificatiue nullo modo cognoscuntur: Pro hac conclusione stant, præter proxime citatos, hi omnes, quos recensuimus d. 2. q. 5. cert. 2. num. 2. Probatur facile ex dictis ibi: quia adæquatum obiectum specificatiuum, sine quo non, diuinae cognitionis Deus solus est: ergo nequeunt in se specificatiue cognosci: alioqui et ipsa etiam specificatiua diuinae cognitionis essent: ac subinde non adæquatum specificatiuum Deus solus. Probauit Antecedens citato loco ex independetia prædicati cuiusuis diuini ab extrinseco omni, in quouis statu, maiorique illius necessitate, & constantia essendi, quam reliqua, adhuc possibilis. Ex qua certo inferitur, Dei scientiam totam eis per impossibilia repugnantibus fore. Dices, fore erga seipsum, non circa possibilis. Contra: quia scientia Dei circa possibilis necessitata est, ac non contingens: ergo non distinguitur realiter, virtualiter adhuc, à scientia Dei erga seipsum. Hinc infero primo: ergo tunc reipta omnino persisteret scientia Dei erga possibilis secundum omnia intrinseca ipsius scientia: liquidem persisteret scientia Dei erga seipsum que scientia possibilis realiter, etiam virtualiter est.

2. Si dicas non dari in Deo scientiam possibilis secundum se, sed solum, vt sunt in Deo d. 5. confutaberis, ubi possibilis secundum se ipsa, nec solum, vt in Deo sunt, ab ipso cognosci ostendimus. Deinde ea solutio Thomistarum est, qui Deo suæ totius scientiæ adæquatum specificatiuum non negant. Secundo inferitur, deficientem scientiam Dei erga possibilis in ea hypothesi repugnantie eorum, scientiam Dei defecturam iure identitatis realis, etiam virtualis, cum illa, quam cum fundamento, adhuc apparenter, inter prædicata Dei communia nemo potest admittere: ego autem etiam inter contingentia, & necessaria, personaliaque, & communia nulquam admittendam ratio: quare vtraque illatio in scientia diuina contingentium, & diuinarum necessitariorum fieri optime in nostris principijs, & eorum vltima, maiore, siue clariore, absurditate potest.

3. Probatur secundo conclusio: quia casu, quo creata omnia deficerent, imo repugnarent, scientia diuina daretur, saltem erga seipsum. Inquiri ergo, an aliquid representationis intrinsece diuinae scientiæ tunc deficeret: necesse: si deficeret aliquid representationis formalis intrinsece Deo possibilis, imperfecta neque omni scientia de se esset: quare neque scientia diuina; si nihil representationis intrinsece deficeret: ergo eis ablatis, & repugnantibus omni scientia, & omni representatione de se, & quoad intrinsecum maneret: quare & creaturarum omnium, si illæ, aut existant, aut non repugnent: quemadmodum de omnipotentia philosophamur: ergo creaturæ scientiæ diuinae circa ipsa exercite & actualis, quoad intrinsecum cognitionis, ac representationis specificatiuum non sunt: etiam scientiam sine suo specificatiuo esse repugnat, quod nostro imperfecto modo cognoscendi nihil præstat, vt de Dei scientia circa creata, prout in se ipsa, & quoad intrinsecum quoad vere Dei, ac diuinum est, iudicemus.

4. Probatur tertio conclusio, & confirmatur ratio præcedens: quia scientia Dei actu, & exercite talis (vt de reliquis attributis controu. 1. statuimus) è prædicato diuinae infinita esse debet, ac proinde omni scientia actu, & exercite, seu omni veri, & cognoscibilis actualis cognitio de se: atqui deficientibus, imo repugnantibus omnibus Deus se cognosceret, essetque absolute scientia diuina actu, & exercite, quoad intrinsecum: ergo infinita, & omni scientia actu, & exercite creaturarum, quoad intrinsecum sui, à creaturis non specificatur, vt legitime inferebamus nuper. Specificatiuum enim obiectum scientiæ est obiectum, sine quo non, scientia ipsius. Dices non minus debere pendere scientiam ab obiecto terminatiuo, quod vere, ac non solum denominatiue attingit, quam ab specificatiuo: cum non minus illius, quam huius sit actualis, & exercite representatio: ergo hoc argumentum probat contra hæc statuta; scilicet, creata secundum se non à Deo vere cognosci, & representari: imo, si terminatiue secundum se represententur, ac proinde ab eis pendeat, vt diximus, diuina cognitio, erunt obiecta, sine quibus non, diuinae cognitionis æque, atque Deus eiusdem cognitionis, vt ad se versatur; quid ergo eis deficiet, vt cognitionis diuinae erga ipsas, verum ac proprium specificatiuum sint, an solum quod ita eas nolumus nominari?

5. Dico scientiam vniuersam non minus ab aliquo obiecto terminatiuo, quam ab specificatiuo pendere, vt d. 2. q. 5. cert. 2. contra Recentiores Complutenses probauimus, atque in creatis cognitionibus speciatim verum habere antecedens, ac proinde legitimas etiam in eis fortasse consequentes esse, vt obiectum terminatiuum specificatiuum sit, licet non totale; est in diuina scientia in speciali solum ex eo antecedenti inferri debere habere aliquod obiectum, sine quo non, tam terminatiuum, quam specificatiuum: cum, vt constantissime omnium sit, tum vt infinita, vt pote diuina, ac subinde omni scientia è conceptu suo essentiali sit. Vt autem hæc habeat, solum potest habere obiectum, sine quo non, summe necessitatis, atque essentialis sui infinitum: cuiusmodi solus Deus est: ac proinde obiecti terminatiui, sine quo non, seu, quod idem est, specificatiui suæ scientiæ solus Deus rationem habet, habereque potest; vti vidimus. Creaturæ autem terminatiui solum, licet secundum se ea cognitione (quæ aliunde esse omnium, ac subinde earum representationem actu, & exercite habet) actu, & exercite representantur. Quare, licet non denominatiue solum cognoscantur, sicut coloris subiectum, cum is videtur; sed vere, ac secundum se ipsas, est, quia ipsarum representatio, & cognitio diuina, quæ ipsarum etiam, quoad intrinsecum representationis, non magis pendet, quam à substantia, in qua color est, coloris sensatio, inde pure terminatiui, ac non specificatiui, materialisque, & secundarij obiecti rationem respectu diuinae scientiæ (etiam vt ipsarum representatio quoad intrinsecum totum scientiæ diuinae) rationem habent, ac merito eis nominibus communiter à Doctoribus respectu scientiæ diuinae compellantur.

CERTAMEN III.

Secunda conclusio statuitur.

1. **D**ico secundo: creata in seipsis absolute à Deo cognoscuntur, tanquam in obiecto formali, & motiuo cognitionis ipsarum. Hæc conclusio videtur esse contra Gasparem Hurtado, Proemio dispersionis 2. de scientia, ubi docet, Deo nullum esse obiectum formale motiuum ad aliquid cognoscendum; imo nec nobis, nisi ad assensum fidei. Videtur etiam conclusio hæc primæ nostræ hæcenus statutæ aduersari: idem enim obiectum specificatiuum formale, & motiuum cognitionis omnibus scire videntur. Ceterum neque ita Gaspari Hurtado aduersari, neque primæ nostræ conclusioni contradicit. Gaspar enim Hurtado scientiam Dei, vt simplex obiecti cui usque a prehensio est, præcise considerabat, cum obiectum formale motiuum illi denegabat: virque iudicij ingenuitate præclarus communem plurimum doctrinam, quæ

ORTEGA  
In A. pari  
D. V. la

nostris omnibus cognitionibus, inio cognitioni omni vniuersim, obiectum formale, & motiuum designandum censent, præ sua ingenuitate exotis, omni cognitioni negandum iudicant: præter fidei actum, id est, assensum, & iudicium, qui discursu non comparatur, sed simplici sola motiui applicatione habetur. Intelligit ergo simplicem, ac non discursiuam cognitionem; nisi assensus, seu iudicium sit, obiectum formale & motiuum non habere, maxime à materiali diuersum præter assensum fidei: id quod verissimum esse, ostendimus contero. de anima, de potentia intellectiua, eiusque actibus, atque hic iterum breui perstringam, dum meam conclusionem probabo, atque cum prima componam.

2. Vtrumque autem præsto, supponendo in cognitione, & scientia diuina cuiusque obiecti duas formalitates necessario esse præfendendas: primam simplicis apprehensionis obiecti, & veritatis propositæ: secundam iudicij, & assensus, quia Deus iudicat, assentiturque ita rem, seu veritatem illam esse, sicut ipsi proponitur: similiter cum alicui obiecto dissentitur, simplici apprehensione non esse cognoscit. Ratio est: quia iudicium de incognitis, ac non apprehensis, neque assensu, nec dissensu haberi potest, sicut certum apud omnes est: atque à paritate voluntatis, quæ nec odisse, aut fugere, neque proficui, aut amare bonum, vel malum potest, quod ignorat. Supponendum item est contra communem plurimum, qui res non satis discipiunt, & examinant, doctrinam memoratam in actibus intellectus obiectum formale, seu motiuum pro simplici apprehensione non dari, sed solum pro iudicio: & pro hoc ita necessario dari, vt nequeat iudicium sine obiecto formali, seu motiuo aliquo haberi: quod pro iudicio dari motiuum, siue dissensus, siue assensus cuiusvis sit necesse, exploratum apud omnes est: si quidem rem ita esse, vt iudicanda est, aut non ita esse, oportet prænotici ad assentiendum, siue id ex terminis per se innoteat, vt in primis principiis euenit, siue ex medio, cum ex discursu esse, vel non esse iudicamus: siue ex motiuo extrinseco, vt cum alterius testimonio ita esse, vel non esse credimus. Est sanè huic questioni *aliqua sunt paria? vel hoc anno venies legatus Turcæ Matruum?* nemo assentitur, dissentiturque, si ad alterutrum motiuum non apprehendat. Idcirco dicebamus suppositione 1. Deo simplicem apprehensionem de obiectis iudicandis negari minime posse.

3. Quod verò simplex apprehensio motiuum, siue obiectum formale non habeat, licet illud percipiat, atque pro iudicio habendo intellectui proponat, facile probatur: quia aliqui cuius simplici apprehensioni motiuum proponendum per simplicem aliam apprehensionem, vt minimum, & huic per aliam & sic in infinitum assignari oporteret. Secundo: quia ad apprehendendum specie, vel obiecto exiistente, & determinante, ac complente actiue potentiam, satis est, vt experimur. Ratio vero à priori est: quia simplex apprehensio, nec profectiua, nec fugax obiecti est; sed solum representatiua simpliciter, iudicio assensum, vel dissensum referens: ergo motiuo obiecto non eget: imo neque illud habet: Motiuum enim solum ad assensum, seu profectiorem, vel dissensum, vel fugam potentie proponitur. Ex quibus omnibus constat cognitionem vniuersim, diuinamque speciatim, non secundum sui omnem formalitatem debere habere obiectum formale motiuum; licet cognitio omnis aliquod obiectum, sine quo non, ac proinde specificatum habere debeat, vt contra Recentiores citata d. 2. quæst. 5. ostendebamus certam. 1. & 2. constatque tandem ad rem præsentem obiectum formale motiuum, idem non esse cum obiecto specificatum, vt plures autumant: quare neque secundam hanc conclusionem primæ, quam certam. 2. posuimus, aduersari.

4. Iam verò secunda hæc conclusio facile suadet: quia motiuum formale obiectiuum scientiæ diuinæ, quæ assensus circa obiectum Deo propositum per simplicem diuinam scientiam, eandem realiter cum Dei iudicio, formaliter verò diuersam (vt diximus, atque de diuisione formalitatum diuinæ scientiæ circa idem obiectum dicemus) est ita rem esse, vt representatur, & proponitur: quæ dissensus verò non esse ita, vt proponitur, & representatur: atqui hoc est veritas intrinseca, vel falsitas obiecti propositi, non autem aliquid ab eo diuersum, siue creatum, siue

increatum sit obiectum: ergo obiectum formale motiuum scientiæ Dei circa creatum obiectum intrinsecum semper ipsis est: ergo creatum in seipso, tanquam in obiecto formali motiuo à Deo cognoscitur. Vltima consequentia est legitima: penultima etiam ex dictis n. 3. si vera est vtraque præmissa, (vt veram statim ostendamus) est etiam manifesta. Nam obiectum formale motiuum scientiæ Dei, de quous obiecto solum esse potest scientia Dei, vt iudicium de illo obiecto est: ergo solum pro iudicio diuino de creatis obiectis esse potest: ergo si pro hoc debet esse obiectum formale motiuum veritas intrinseca creatorum obiectorum, semper erit obiectum formale motiuum scientiæ diuinæ circa creatum intrinsecum ipsis creatis obiectis.

5. Restat solummodo probandum Antecedens, cuius Maior est certa: imo enim assentitur intellectus omnis (præcipue infallibilis in iudicando, cuiusmodi diuinus est) quia apprehendit saltem, rem ita esse, sicut per obiectiuam propositionem ipsi proponitur; ideoque dissentitur, & fugit, quia non esse ita, sed aliter ac proponitur, apprehendit. Minor atque est conspicua. Licet enim rem, vel obiectum creatum, seu increatum ita esse vel non esse extrinsecum rei non est: v. g. hominem esse rationalem intrinsecum, & essentiale homini est: Item hominem existere, esse album, vel nigrum identice idem est cum subiecto prædicationis propositæ adhuc in obiectiuam propositionem accidentali. Ideo enim verum est obiectum cuiusvis propositionis: quia prædicatum idem reuera est quod subiectum. Hoc autem intrinsecum est vtique, seu potius rei, & obiecto eidem, quod vtrumque est; & à contra ideo est falsum obiectum, quia non est idem in re subiectum, & prædicatum, sicut proponitur, vtraqueque negatio identitatis in vtroque: v. g. homo est equus, vel est albus cum albus non est: ac proinde ei dissentitur Deus. Hæc autem omnia ita in obiectis habent, quæ iam seipso ita re ipsa habent; non autem quia Deus, vel quia aliquid diuinum esse formaliter loquendo; licet effectiue in contingentibus ita se habere, vel non habere à Deo pendeat: politis autem obiectis creatis in se, & ita se habentibus, est per impossibile à Deo non ponentur imò nec Deus esset, atque daretur motiuum formale assensus vel dissensus, vt patet.

6. Obiectis: obiectum formale motiuum assensus, vel dissensus nequit non esse eius specificatum: imò enim speciem iudicij generatim, & in specie assensus, vel dissensus sumunt: ac proinde eiusmodi obiectum formale motiuum est obiectum, sine quo non iudicij, quod ob ipsum habetur: in quo essentiam obiecti formalis motiuum esse diximus: atqui per nos nihil creatum potest esse specificatum cognitionis sui à Deo quoad intrinsecum cognitionis: ergo neque obiectum formale motiuum: Respondetur distinguendo, Maiorem. Nequit non esse eius assensus specificatum, seu obiectum, sine quo non, creati, concedo Maiorem; increati, nego Maiorem. Sicut enim independenter ab omni obiecto terminatiuo creato est omni scientia apprehensio Dei scientia, ita & est omni iudicium, siue omnis veritatis obiectiuæ assensus, omni que falsitatis dissensus pure est omni apprehensio. Itaque ea omnia ad denominationem siue apprehensionis, siue iudicij diuini de obiecto creato solummodo nequiruntur, non ad intrinsecam formalitatem, siue apprehensionis, siue iudicij diuini, ad quam solum obiectiuæ sufficit, imò solum iurare potest, diuina veritas pro terminatiuo, & motiuo: sicut diuina bonitas, ad amorem, vel odium Dei, etiam ob motiuum bonitatis, vel malitiæ creatæ, si affectus quoad intrinsecum ipsorum consideretur.

CERTAMEN

CERTAMEN IV.

Tertia & ultima conclusio, qua tandem tota quæstio dissolvitur.

1. Deo tertio: creata omnia obiecta in seipsis immèdialiter cognoscuntur à Deo, siue sine medijs interiecti necessitate; estis demum in medijs aliquibus etiam à Deo cognosci, de quo d. 6. Hæc conclusio est contra Thomistas, tam Dominicanos, quam recentis Iesuitas aliquos, alioque, quos omnes citauimus certam, 1. num. 4. est autem certo, & aperte eorum omnium, qui tam à nostris, quam ab alijs, citantur num. 3. & nu. 5. Probatur facilius adhuc, & manifestius. Etenim creata omnia entem solidam nec solum apparentem habent in se ipsis: ergo, & veritate: hæc enim, & entis indidua passio est, atque in positum, nec solum apparente soliditate ellendi consistit, vt ostendimus in metaphysicis, & diximus controuers. de Trinit. d. 6. quæst. 2. atque hic controuers. 1. ac sepius. Tam vero, si veritatem in seipsis habent, satis etiam habebunt in se ad determinandum obiectiue omnimodum Deum, seu Dei intellectum de se determinatum ad omnes res, seu veritatis cognitionem: ac proinde in seipsis à Deo cognoscuntur. Confirmatur: quia sublaro quouis airo, creatiue permanentibus, entitas, veritas, ac proinde eorum cognoscibilitas: persistit, & seipsis cognoscibiles essentia: aique existente etiam Deo eadem ipsarum spiritus, essentia, & veritas persistit: cum Dei existentia illarum essentiam, & veritatem, ac proinde veritatem, & cognoscibilitatem non mutet, sed potius eam actiue pro sua voluntate in actu exercitio ponat, potiusque opponere: ergo à Deo in seipsis, ac sine medio cognoscuntur, ut Deus omnibus non sit.

1. Probatur secundò conclusio facilius ex dictis d. 3. q. 1. certam. 2. & hic etiam: quia diuina scientia ex Deo, tanquam principio, & obiecto solum, euadit omniscientia, & omnirepresentatio formalis intentionalis actu, & exercitio talis, quoad totum intrinsecum cognitionis, & representationis diuinæ: ergo sola veri positio, seu propositio requiritur, vt actu, quoad denominationem etiam, anticipata sui cognitione, à Deo cognoscatur: atque creata seipsis, atque intrinseca sua essentia sui veritatem formaliter ponunt: ergo in seipsis cognoscuntur, quoniam alio egeant, vt actu cognoscantur, & cognoscantur à Deo concepti, denominatione possunt. Id quod speculati exemplis, quod obuia quaque proposita representant, doctores, quibus ea in re consentimus bene explicatur: physica in his influxum specierum ad sui cognitionem, qui actiue planè, ac non pure obiectiue est, ab obiectiua terminatione mente segregantes; hæc autem respectu porcentur ab obiecto mouenda non ita facile obiectiue concursus ab influxu, mente adhuc, diuidi posse videatur: at respectu cognitionis formalis, & representationis sui, quoad totum intrinsecum representationis aliunde anticipato habitæ facillime per rationem diuiditur, atque speculati exemplum ad rem nostram adaptatur.

3. Tertio denique probatur: quia etiam diuini in alio, tanquam in medio (quodcumque illud iuxta varias optiones sit) creata cognoscuntur ad ipsa secundum se formaliter representanda diuina cognitio extenditur, neque in medio illo sitit, ne ad ea progrediat, vt aduersarij fatentur, ex fideque, & ratione ostendebamus q. proxima. Hoc autem fieri minimè potest, nisi ad eam cognitionem Dei quatenus ipsarum representatio est, satis veritate in se habeant, vt ipsam terminare queant: ergo respectu illius cognitionis, qua ipsa representat in se ipsis, nec etiam cognoscuntur, & representantur: quid ergo eis deest, vt sine illo etiam medio cognoscantur in seipsis à Deo? dices: possibile tantum nullam habere entitatem, seu esse: nec futura conditionatè, imò neque futura absolutè: at est aliquid habere: ergo nec veritatem, & cognoscibilitatem. Difficultates hæc, nec quæstiones, nec disputationis præsentis sunt; sed quærit, vbi eas

suo ordine examinabimus. Sed neque presentes conclusiones tangunt, quibus satis est creata actu existentia, quæque omnium sententia actu vera, & cognoscibilia sunt, à Deo in seipsis cognosci. Præciudicant enim conclusiones istæ, vt diximus, à quæstionibus de statibus, quibus creata in se habeant cognoscibilitatem veram: sed solum contendimus in quocumque illam habeant, in seipsis à Deo cognosci.

4. Magis ad speciem opponuntur S. Tho. 1. p. q. 14. a. 5. sine dicens: *Quod Deus seipsum videt in seipso: quia seipsum videt per essentiam suam; alia autem à se videt non in ipsis, sed in seipso.* Et Dionys. 7. de diuin. nom. sub med. illis verbis: *Ea qua sunt noscitur, non rerum notitia, sed sui.* August. 5. de Genes. ad lit. id. loam. 1. *Quod factum est in ipso vira erat: ita explicans: In qua vira vidit omnia, quanto facit: & sicut vidit ea, ita facit: non præter seipsum videns; sed in seipso.* Cæterum, si vt sonant, hæc Patrum negatiue propositiones, accipiuntur, omnem sensum cognitionis creaturatum à Deo in seipsis excludunt, ac proinde, & secundum seipsas cognosci à Deo, negant iuxta dicta in quæstionibus præfatione, quod est erroneum. Idque clarius sonare videtur particula illa *Præter* Augustini, Nonnulli volunt negari à Patribus hæc influxum creatorum obiectorum in sui ipsorum notitiam diuinam, ac proinde huius ab illis dependentiam: id quod, si ipsa esset, verum certe à Patribus diceretur; sed certe profundius aliquid Patres docere nos voluit; non autem aduersariorum, doctrinam, sed nostræ consonum valde, quodque alta subtilique, & solita sibi Patrum interpretatione nosse Vasquez supra fuit asseruit.

5. Ex illo igitur, & alijs postea respondeo: Patres hæc solum docere, quod nos cum ipso docuit cert. 2. Nempe scientiam Dei erga seipsum omniscientiam, & cognitionem, quoad intrinsecum cognitionis, actuale, & exercitiam creatorum, & cognoscibilem omnium esse. Ideo S. Thomas immediate obiectis auget: *in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipso: vtique intentionalem cognitionis sue, quæ eius essentia est, vt ibi aiebat, & quidem alia à Deo in seipsis cognosci docuit expresse a. 6. ad 1. a. 3. corp. q. 57. a. 3. corp. & ad 3. 2. q. 171. a. 6. ad 2. & 1. cont. gent. a. 66. sine. q. 2. de verit. a. 4. & 6. in 1. d. 38. q. vi. ar. 5. corp.* Id etiam per se sonant Dionysij verba. *Non rerum notitia sed sui: maxime, si viciniam eiusdem sententiam addas: Non igitur propriam sui notitiam Deus habet, aliam autem, qua communitate, & generaliter eos, quæ sunt, omnia comprehendit.* Eadem quippe, & intellectus adhuc formaliter scientia sui alia etiam cognoscit, ac illa: *Eandem etiam causa vna simul, vt à se profecta, & in se ante consistantia cognoscit: neque ab his, quæ sunt, ipsorum notitiam accipit.* Eadem est Augustini sententia, ex qua constat, quomodo Deus quavis formalitate sue scientiæ beatus sit: quia vna sola formalitate, qua se, & creata obiecta indistincte ex parte cognitionis representat. Secundo quomodo Dei scientia si sui comprehensio, atque ex vi eius (si id requiratur ad comprehensionem) videantur à Deo creaturæ? constat denique, neque plura verba, & generationes in diuinis, adhuc formaliter fore: cum eadem formaliter sit Dei, & creaturatum diuina cognitio, est in eis, qui eas scientias formaliter metaphysicè diuidunt, & verbi formalitates, & generationes etiam in diuinis diuidere non videatur absurdum. Est autem iuxta nostram doctrinam proximam, ea, ne formaliter quidem, diuidere, & Deo dignis, & solide Theologia multo congruentius.

QVÆSTIO IV.

An creaturarum negationes cognoscatur Deus?



Vt hæcenus de creatorum omnium diuina cognitione diximus, de creatis positius rebus, à Deo nimirum diuersis, apertius probant. Ea si quidem

IRTEGA  
D. J. p. au  
D. V. la

quidem creata entia sunt, & que à Deo propriè causantur, ac necessario eius potentiam supponunt, sine qua esse de facto, imò & de possibili minime possunt; cum essentia sua entia ab alio sint: quare, & huius sublata potentia repugnarent, atque esse adhuc possibiliter desinerent. Negationes autem possibilitatis tam in statu possibilitatis, quam suæ qualis qualis existentie, non ita à Dei potentia, & influxu pendunt: quia, ut aliquid non fit, nulla potentia, aut influxus requiritur; sed satis habet causam, & influxum ad positivum quod per ipsam formaliter à rebus amouetur, non esse. Ea igitur de causa, & quia in creaturarum carentis difficultates aliæ occurrunt, de illis seorsim disputandum nobis fuerit. Animaduertendum tamen est, quæstionem præsentem solummodo esse de diuinæ scientiæ ad creaturarum carentis terminatione, & attigentia. An, scilicet, ad eas secundum se sumptas representandas æque, atque ad positiua creata representanda, diuina scientia extendatur? non autem de medio, vel determinatio, aut verificatio, in quo, vel ex quo ad eas representandas determinetur, an aliquid ab eis diuersum sit? an contra in seipsis eiusmodi carentias solummodo representatione sua pertingat: hoc enim secundum ad disputationem sequentem (si rectè methodi habenda ratio) atinet aperte. Solum ergo nunc queritur: an negationes, seu carentias rerum creaturarum possibilitatis secundum se ipsas, atque in ipsis tanquam sufficientibus diuinæ erga ipsas scientiæ terminationis obiectiuis, sine representandis obiectis cognoscat Deus? In quo, etsi affinis valde, duplex veritas examinanda continetur, ut de curis questionis clarebit.

## CERTAMEN I.

## Doctorem placita.

1. Primus hac in re sentiendi modus est: negationes creaturarum secundum se sumptas, atque in suo quali quali esse negatio per Dei scientiam nullatenus representari; sed solum quatenus positiuas entitates (quarum illæ reales formales remotiones sunt) Deus scientia sua, nec pergitur, cum absint, nec realiter formaliter sibi representat: neque aliter illas cognosci à Deo posse: quemadmodum & nos tenebras oculis corporeis carentes solum videmus, ac videre dicimus, quatenus, cum tenebræ suo modo sunt, & adiunt, abestque lumen, hoc non videmus; non autem visu aliquam eius negationem pertingimus. Ea vero carentiæ cognitio priuatiua eius cognitio vulgo nominatur. Porro hic opinandi modus sicuti etiam subiiciendus secundum male intellecto vulgari illo proloquio: *Quod non est, non scitur*, vnicè innotuit.

2. Alter opinandi modus in re præsentis sit: carentias rerum à Deo cognosci non solum priuatiue (vt modus ferebat primus) quatenus entia, quæ è rebus tollunt, Deus non cognoscit; sed quatenus quasi reflexa cognitione scientia illa non videre cognoscit: ac proinde, & illa entia in rebus non esse. Non secus atque nos tenebras esse intellectu reflexè concipimus, ac iudicamus: quia cognoscimus nos lucem visu nequaquam videre, cum abest. Hic tamen modus facile specialibus (præter communes, quibus nostram statuemus conclusionem) impugnationibus refellitur. Si enim cognitionis entis positiui carentia veritatem obiectiuam & cognoscibilitatem habet, qua secundum se sumpta diuinæ determinat cognitionem, atque à diuina mente cognoscatur: cur non & carentiæ entium aliorum veritatem obiectiuam habebunt, vt secundum se diuinam cognitionem terminare queant? exemplum è nostra tenebrarum cognitione è re non est: quia negatio, seu priuatio, & carentia visionis lucis eadem potentia visiva non percipitur, extra cuius obiectiuam sphaeram omnino est; sed à potentia nostra intellectiua, intra cuius obiectiuam est, cognoscitur, discursuque pertingitur: at si negatio, aut carentia aliqua secundum se veritatem obiectiuam, & cognoscibilitatem habeat, carentiæ vtrique omnes eam habebunt, atque intra sphaeram omniscij intellectus diuini obiectiuam erunt: ac proinde ab illo secundum se ipsas cognoscantur.

3. Tertius hac in re opinandi modus est, rerum carentias non cognosci à Deo secundum se sumptas sed totum, vt veritas entitatis quadam rationis. Atque hæc opinio tribuitur Latrico, & Casariensi 1. p. q. 14. a. 9. atque nonnullis prioribus quidem nostris Doctoribus, Valentia nimirum tom. 1. d. 1. q. 14. p. 7. §. *Hoc autem circiter intelligatur*, Molina 1. p. q. 14. art. 9. Fonseca in sua metaphysica. Cæterum Valentia citato loco nihil eiusmodi asseruit, quin expresse concedit Deo conceptum directum, quo cognoscat in re non esse illud bonum, seu positivum, quod de illa negatur, seu quo illi negetur eiusmodi positivum, quod ab illa per negationem remouetur: solumque ait, negationem, & priuationem, vt ens rationis est conceptu alio reflexo cognosci; quia directo illo primo ens rationis compingi putat. Molina nec verbum ea de re citato loco habet, solumque ait: priuationis, & negationis esse, rationis esse: quod veritatem est: neque aliud docet Fonseca, quin vt vidimus, carentis rerum possibilitatis aliquid esse verum negatiuum concedit, licet esse positivum illarum rationis solummodo esse posse, defendat. Neque aliam fuisse Latrico, & Casariensis, tantum cuiuspiam Doctoris mentem exilitio: quam carentias, vt esse, seu cum esse à quocumque cogitatur, entitatis rationis eas induci oportere: quod certissimum est; cum esse positivum, quod verbo substantiuo importatur, nullatenus vere, sed solum sicte, & per rationem habeant: quare æstimo neminem negationes, seu carentias secundum se sumptas cognosci à Deo negasse.

4. Circa secundum, quod hac questione examinatur: an scilicet non solum secundum se ipsas, sed in seipsis à Deo cognoscantur, quin ad id alio egeant determinatio motiuo, aut medio? etio illud habere possunt de quo, (vt dixi d. sequenti) maior est authorum dissentio. Primo enim, qui censent creata positiua licet secundum proprium ipsorum esse à Deo cognoscantur, tamen non in seipsis immediatè cognosci; sed in Deo: idem de carentis omnibus creaturarum docent; sed specialiter de his non posse cognosci in se, sed in habitibus seu positiuis entibus, quæ de medio tollunt, docent Durand. sicuti nec mala, ni per bona, quibus priuant. Quæ sententia vulgo tribuitur S. Thom. a. 9. & 10. & quidem a. 9. vbi de non entibus inquit, non agit de non entibus, quia non entia formaliter, sine de eorum negationibus; sed de materialibus non entibus. V. g. Petri possibilis, cuius negatio de facto adest, vt ex textu manifeste liquet. Item a. 10. vbi de malis agit, cognoscitur per bona, quibus priuant, ait, non loquitur de medio cognitionis maiorum; sed de termino in ordine ad quem cognosci debent, vt recte cum intellexit Valentia vbi proxime, §. *Iam vero*, Albiz tract. de scient. d. 4. post sectionem 1. in explicatione art. 9. Vazquez in eisdem articuli expositione.

5. Nihilominus, qui sono verborum potius, quam sensu Authorum ducuntur, sententiam præfatam tanquam ipsissimam, (vt sic loquar) S. Thomæ mentem defendunt, cum quibus nunquam de illa contendam, ne de textu interpretatorum more litæ theologice totas transigam, in quibus vbi fidem, & dogmata non concernunt, præcipuum habet ratio locum. Satis enim speciali obiectiua erga Angelicam Doctorem nostræ erit, si eius, quam assequor, menti obsequar, non aduerser. Neque enim doctrinam S. Thomæ eius interpretes faciunt; sed eius scripta. Præfatam igitur sententiam communiter Dominici Thomistæ docent, Nauarrete, Zumel, & alij, Durand. & Palacios, quos refert, & sequitur Fasol. q. 14. a. 10. dub. 2. & a. 9. dub. 1. Albelda d. 40. Arrubal. d. 34. 35. & 36. c. 2. Granados tract. 2. d. 2. n. 7. d. 3. n. 2. Videtur aliquibus huic sententiæ fauisse Vazquez d. 62. c. 2. sed vir consequentiæ laude præstantissimus nullatenus sua iam referenda opposita sententia, quam d. 61. tradiderat, adeo proxime recessisse putandus est, maxime, cum citat d. 61. c. 2. nu. 6. eius quod dicturus erat d. 62. c. 2. meminisset, sententiam prædixit. Solum igitur docet malitiam peccati, esse semper in priuatione consistat, non per bonitatem Dei, vt aliqui putabant; sed per bonitatem virtutis oppositæ esse necessario cognoscendam: scilicet, tanquam per terminum, non tanquam per medium necessarium, in quo, ac non in se, priuatio eiusmodi cognoscatur.

6. Noster Soar. tom. 2. met. d. 54. sect. 3. nu. 1. aliam circa secundum hoc punctum sententiam excogitasse videtur.

demur his verbis: sed est considerandum perfectam cognitionem negationis non consistere in hoc, quod ipsa distincta, & per modum entis representetur; sed in hoc, quod cognoscendo clarissime entia positiva in eis cognoscatur eorum non esse aliud, seu hoc n. n. esse unitum illi absque alia directa representatione ipsius privationis, vel negationis: quibus de omni negatione, seu carentia tam contingenti, quam necessaria, qualis est negatio chimæ, aut hyrocæri docere videtur à Deo non in se directe, & distincte, sed in fundamentis, seu rebus positivis solummodo cognosci. In quo sentiendi modo duo videtur contineri. Primum: carentias huiusmodi nunquam directe, & in se cognosci à Deo. Secundum: neque secundum propriam rationem, quia à positivis differunt, siue secundum propriam suam quale quale, esse negatiuum, quod dicunt, ipsi representari. Verum si totus textus recitatus attendatur, ac præsertim contextus totius sectionis adiuncto, nihil horum citius Doctor asseruit; sed solum non debere à Deo carentias per modum entis, siue ut entia rationis necessario cognosci; sed perfectius ab eo cognosci illas carentias positiva nudatas, ut re ipsa suo modo negatio sunt: expressè enim ait, cognosci à Deo hoc non esse illud, aut non habere, seu non esse unitum illi, quod ipsum est negatione ipsa secundum se cognosci: atque eodem modo cognosci eas in se, seu directe negat, scilicet ut aliquid positivum. Verior circa prædicta sententia, cuiusque præconi consensu ceteram. 2. ubi eandem duplici conclusionem statuenus, referentur.

CERTAMEN II.

Carentias rerum creaturarum secundum seipsas atque in seipsis cognoscit Deus.

1. Creaturarum carentias secundum seipsas, propriumque ipsarum negatiuum, quod dicunt, esse à Deo cognosci (quod prima nostra conclusio est) à nemine negatum video; sed potius ab omnibus, vel suppositum, vel asserum, imo communiter de fide non abs iure putatur. Verum loca scripturæ quibus in eam censuram plerique fruntur, ad rem non sunt. Probat ex his, quibus supra, Deum habere omnium scientiam dicebatur Pl. 138. Ad Hebræos 4. & aliis pluribus similibus. His autem respondet facile posse omnium nomine, carentias rerum; que parum nihil sunt, minime contineri. Si dicas esse purum nihil entitæ, non autem verificatiue, siue in entitate quidem, non in veritate, seu cognoscibilitate. In primis dicere quis possit omnium nomine, res secundum entis rationem proprie significari, non secundum rationem veri. Secundo, id quod non est, nec veri, quod entis passio est, rationem habere iuxta illud Aristotelicum: *Quod non est, non scitur*. Probat insuper ex loco, ut ipsi præterea exprellio ad Rom. 4. *Vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt* minori tamen opere pretio. Ea enim, quæ non sunt, positiva entia significant, quæ existentiam non habent, non autem negationes sui, quas, ut se loquar, & illa entia habent, & suo modo negatiuo sunt. Ex his igitur & similibus locis conclusio nostra de fide non est: imo nec proxima fidei, cum satis probabiliter, & eis, & discursibus inde ductis posse respondere.

2. Firmius, & fidei proximam, ac de fide nostram conclusionem ostendunt ea loca, quibus Genes. 1. tenebræ, quæ formalissime carentia pura lucis sunt, à luce distincte, nomenque noctis impoluisse dicitur Deus; quæ necessitate eius de tenebris cognitionem supponunt: item Exod. 10. ubi tenebras super vniuersam Aegyptum esse iubet. Neque enim esse iubere potest, quod ignorat: item Iosue 10. 7. & 2. Reg. 22. nu. 12. ubi tenebras dicitur posse esse: cum poni nihil possit ab eo, qui illud ignorat. Secundo probatur ex eis locis, (quibus citandis adhuc præcoram multitudine abstinco) Deus inducitur expresse inueniens, cognoscensve nostras miseras, infirmitates, ignorantias, noctem, tenebras, mortem, peccata, & priuatiuas penas: quæ omnia (si posita peccata, de quibus his Doctoribus est excipias) in priuatione, & carentia consistunt. Tertio innumeris locis, quibus Deus per se, vel Prophetas suos negatiua prædicat, ut non ingressum Moysen & Aaron in terram promissionis ob eorum incredulitatem ad aquas contradictionis. Similiter pluribus Regibus, vel ipsos, vel de eorum genere regnatos non esse deinceps in Israël: atque id genus sexcenta, quæ passim in facta pagina occurrunt. Quarto: ex omnibus præceptis Dei negatiuis simile ad rem hanc argumentum instruitur.

3. Ratione autem naturali eadem conclusio facile ostenditur. Quia negationes creaturarum habent veritatem, & cognoscibilitatem sine vlla fictione, aut falsitate: at Deus omne cognoscibile ac verum cognoscere debet, ne alicuius veritatis sit ignarus, ac proinde imperfectus: ergo cognoscit carentias creaturarum. Maior, ordine, ac forma syllogistica minor, probatur: quia à nobis vere cognoscuntur. Nec valet non cognosci vere, ac sine fictione Deo indigna: quia à nobis cogitantur sub tegumento entis rationis, quæ eas, ut cognoscamus, inducimus. Etenim per dissentium eas sic non attingimus; sed potius negamus esse entia, quæ ipsis remouentur. V.g. Adamus nunc non est, quo in ipsam negationem Adami iudicium nostrum fertur. Et quanquam nos cum de ea affirmatiue, & per assensum iudicamus negationem esse illud esse quod eam induimus, & copula importatur, architectemur, tamen ipsam rei positam, non existentem negationem non fingimus, sed independentem à nostro intellectu suo modo vere est. Probat secundum eadem Minor, quia, tam verum est modo atque à nostra mentis fictione independentem Antichristum non esse, atque suo tempore verum erit Antichristum esse: atque tunc erit verum absolute Antichristum esse, non minus quam nunc me existere; ergo & nunc verum absolute est, Antichristum non esse, seu vera, ac vere, representabilis, iudicabilisque est negatio Antichristi. Probat tertio conclusio ex communi Doctorum sensu contra errorem Aristotelis ex demonstratione aperta asserentium alteram partem contradictionis in futuris contingentibus necessario esse veram.

4. Atque hinc sumitur probatio tertia à ratione naturali theologica: quia Deus cognoscit futurum contingens, ut contingens, sed nequit cognosci, ut contingens, quin cognoscatur eius negatio, seu carentia, saltem possibilis: ergo negationem eius, saltem ut possibilem, cognoscit Deus: unde citius, ut existentem suo modo cognoscet pro tempore, quo suo modo erit. Probat Minor: quia contingens, ut contingens dicit essentialiter possibilitatem non essendi, seu negationis sui: quod enim ita potest esse, ut non possit non esse, ens necessarium, ac Deus profecto est, non contingens. Consequentia vero est peripicua, sicut & Maior. Probat quarto: quia si extremum vtrumque contradictionis in faciendis noscat Deus, liber in eis efficiendis non erit; sed ita faciet, ut posse se non facere, seu rem posse non fieri, prius ignoret. Probat quinto conclusio ratione Theologica: quia Deus, ut supremus nostrorum meritorum, ac demeritorum iudex, vindexque, & remuneratur omnia nostra merita, ac demerita præmiat: ergo ea omnia cognoscit: atque in peccatis, omissionis, etiam, quæ in priuatione consistunt, atque in obseruantia præceptorum negatiuorum, quæ omissione prohibita actionis cum merito (physice enim vniuersæ scientiæ actus in Deo est) ut plures volunt, implentur, nequit esse ab eo vindicta, aut remuneratio, nisi priuationes eiusmodi ab ipso cognoscantur: ergo cognoscit Deus priuationes. Sexto denique probatur ratione theologica conclusio: Deus vult carentias, & priuationes rerum: ergo eas cognoscit. Consequentia est certa: quia nihil volitum, quin præcognitum, ut axioma philosophicum fert, ostentum à nobis controu. de anima. Antecedens probatur in remotione occasionis peccandi, quæ gratia externa protectionis est, atque ex nostri benevolentia amatur à Deo. Secundo in permissione peccati in panam præcedentis positiua voluntate à Deo decretæ: quæ in negatione auxilij efficacis consistit.

5. Quæ autem acta metaphysicè, & nostro cognoscendi modo

ORTEGA  
IN J. PARI  
D. VIA

modo (physice enim vnicus scientia actus in Deo est) carentia secundum se ipsas cognoscat Deus: posset aliquis rogare: Atque eas, vt in se sunt à Deo apprehendi, ac simpliciter representari, dubium non est: cum de eis iudicet vere. Cum autem dupliciter iudicari de obiectis possit per assensum scilicet, vel per dissentium. Vtrobique modo de carentiis à Deo iudicari censet Vazquez d. 61. c. 2. sed eius consequentiam non assequor, cum neget à Deo rationis curia coniungi. Neque enim iudicare de se directe potest, per assensum, quia cognoscat; negatio Antichristi est: nequit autem id cognoscere, quia esse importatam per copulam negationis, quae purum nihil est, de se, tribuat, coniungat. Aitimo ergo cum Soario loco recitari certam, i. per solum dissentium posse à Deo de carentiis rerum creaturarum iudicari. V.g. Antichristus non est, ni eius rationis committatur; quare & hoc posse statim in primis debet, vt per assensum de negationibus iudicare posse asseratur. Sed illo etiam admisso hoc nullatenus posse Deum mihi verosimilius etiam est, in hac quippe propositione: *negatio Antichristi est*, esse importatam per copulam praedicatur de Antichristi negatione, quae, vt dixi, nullum esse habet; sed est purum nihil: ac proinde falso praedicatur; quare si ita assensum Deo falso statu secundum se, atque, vt in se sunt (vt plerumque etiam alia quandoque) non percipimus, sub eius rationis tegumento, & eius ad instar eas percipimus, ac sub illo eius praedicato, quo eas respicimus, quasi illud de eis praedicemus, in negationem ipsam feramur; ac proinde nostro modo concipiendi vere iudicemus: vnde & Deus, qui nostros assensus omnes sua cognitione penetrat, ac penetrat, illud esse rationis penetrat; illud autem negationis iudicio suo non attribuit; sed solum cognoscit, & iudicat nos illud esse rationis, & sicut negationibus nostro concipiendi imperfecto modo tribuere.

6. Secunda conclusio: Deus carentias rerum, quas, vt in se, suo modo reuera sunt, cognoscit in se, quin vt absolute eas cognoscat medio, determinatio villo indigeat. Esto: possit aliunde rursus ad eas aliter cognoscendas determinari, quod d. sequentem examinabimus. Est contra Doctores citatos certam. i. nu. 5. est autem conclusio expressa, & constans nostri Vazquez d. 61. c. 2. Tanneri l. p. d. 2. quast. 8. dub. 8. assert. 4. Herize. d. 8. c. 4. num. 17. Alarcon d. 3. c. 4. Galparis Hurtado d. 3. dif. 5. Complutensium, & Mercianorum, aliorumque communitate Recentiorum in creaturarum in se, & per se habent veritatem, & cognoscibilitatem: ergo non egent alio determinante ex parte obiecti, siue medio determinatio, vt absolute cognoscantur; sed solum potentia cognoscibilitatis, quae circa illas versari queat: ergo in se & per se ipsas possunt cognosci absolute à potentia, quae circa illas versari queat. Vtraque consequentia est legitima: quia id eget medio determinante, vt cognoscatur à potentia sua, quod in se & per se verum, & cognoscibile non est. Antecedens constat ex conclusione 1. adeo enim verum, & cognoscibile est in se, & per se Antichristum non esse, atque esse Angelum Raphaelem: sublatis enim, imo factis per impossibile impossibilitatibus reliquis veritatibus, & obiectis, aequae esset verum: sed Raphaelem esse in se, & per se est absolute cognoscibile à sua potentia: ergo & negatio Antichristi (sicut est de carentiis reliquis rerum) est in se, & per se cognoscibilis à sua potentia. Tum sic; sed potentia intellectiva Dei est potentia cognoscitiva omnis cognoscibilis, & vere (vt potest infinite cognoscitiva, atque de carentiis rerum, vt in se sunt) speciatim probauimus concludi. i. ergo carentiae rerum in se, & per se sunt cognoscibiles à Deo, imo, & ita cognoscuntur cum diuina infinita mens determinata sit ad cognoscendum de facto quidquid cognoscibile est omni modo, quo est cognoscibile.

7. Probat uterius secundo. Quia scientia, & cognitio Dei est actualis, quatenus de se est omniscientia, & cognitio omnium cognoscibilium, solumque opus habet, vt extrinseca, in quouis statu, cognoscibilia cognoscatur, cognitaque denominentur, eorum in illo statu appositione, vt saepe diximus, non secus atque, vt omnipotentia Petri possibilis, aut existentis potentia deneg-

minetur, sola Petri extrinseca possibilitate, aut existentia opus habet: ergo nullo alio medio, & determinatio ex parte obiecti opus habet vt cognitio carentiae cuiuslibet, adhuc quoad denominationem Dei cognitio sit, quam eius in statu, siue possibilitatis, siue existentiae suo modo positione; quandoquidem ea carentia secundum se vera est, & siue factio, & cognitio obiecti, & actu cognita à Deo. Probat uterius conclusio. Quia pone datur (vt posse suppono ex libertate contradictionis diuina quam controuersi. 4. astruam) negationem, seu carentiam rei & sola suspentione diuini decreti quin adit efficax notio existentiae rei illius decreto de rei existentia contraria. Tunc quidem nullum est medium, aut determinatum ex parte obiecti ad illam negationem rei à Deo cognoscendam; & tamen à Deo cognoscitur; ergo in se ac per se ipsam à Deo cognoscitur. Consequentia est legitima. Antecedens probatur: quia non adit efficax notio existentiae rei illius. Vel ergo cognoscitur in mera suspentione decreti de rei existentia vel non? si hoc possemus; nihil aliud est, in quo, aut per quod Deus ex parte obiecti, siue obiectiue determinatur ad carentiam illam cognoscendam. Si primum: ergo cognoscit Deus suspentionem liberam puram sui decreti de rei existentia: cum determinatum, seu determinans medium obiectiue ad alterius cognitionem debeat cognosci, ac praenosci. De hac re dicitur quatio, an in se, vel in alio medio determinante à Deo cognoscatur? aliud medium determinans non apparet, cum sola voluntas Dei indifferens, ac libera in actu primo libertate contradictionis praecedat: in qua proinde repugnat cognosci suspensionem decreti, ad quam indifferens voluntas Dei est, ac non determinata, & cuius qua non magis connectitur, quam cum illi contradictorie opposito decreto. Si autem pura illa suspensio decreti de rei existentia in se, & per se ipsam, est nihil purum, seu carentia mera sit, à Deo cognoscatur: reliquae omnes carentiae, est purum nihil sunt, in se & per se ipsas cognosci à Deo cuiuscumque.

8. Sed dices: memoria nos aperte cadere, cum dicimus, nihil aliud ab enumeratis esse, vt decreti carentia, reuere negatio à Deo cognoscatur; siquidem media necessaria, in quibus, seu, per quae carentia à Deo cognosci debeat habitus illi oppositos esse, seu res, quas remouent, dicebamus. Verum huius solutionis impugnatio quarta, & efficax conclusionis probatio sit. Etenim negatio per id quod remouet à rebus nequit tantum per medium cognosci, nisi forte, vt Recentiores putant, cum illud comprehensum cognoscitur: ergo id quod negatione remouetur, non est medium, per quod, seu, in quo necessario negatio cognoscatur: quare in se ipsa cognosci à Deo poterit: atque possit cognitione comprehensua rei in illo, quod remouet cognosci (de quo modo non disputo, sed postea). Aliud est enim, posse cognosci in alio; aliud non posse in se, seu necessario debere cognosci in alio, vt patet. Antecedens probatur: Nam vel potest cognosci negatio in re, quam remouet, existenti, vel possibili: non inexistenti, quia, dum negatio eius est, implicat rem, cuius negatio est, esse, vel existere: quare existens cognosci nequit: vel in re, vt possibile, siue secundum statum possibilitatis: sic autem cum ens necessarium creatum ens non sit, indifferens est ad existendum, vel non existendum; ac non magis infert negationem sui, quam suam existentiam: ergo nec determinat ad cognitionem suae negationis: quin imo, est ens non necessarium non determinat ex statu possibilitatis suam existentiam, aut secundum intersecum sui illam concernit tantum: licet possibilitas negationis sui, quae eius complectitur contingentia in actu primo logico, negationem actualem eius concernat. Patet: nam possibilitas tantum dicit in eius existentia repugnantiam, seu contradictionem non inuoluit: quod solum concernat eius negationem non esse necessarium, non autem esse possibilem.

\* \* \*

CERTAMEN

CERTAMEN III.

Oppositionibus obviatur.

1. Oppones primo contra primam conclusionem illud Aristotelicum ex 1. poster. c. 2. satis vulgare proloquium: *Quod non est, non scitur*: atqui negationes, & carentie rerum vere non sunt: ergo nec secundum se ipsas sciuntur. Proloquium intelligi noster Vazquez vniuersum de scientia non entis per assensum, quasi solo sensu cognosci negationes possint: vel, ut solum velit Aristoteles ei, quod falsum apparet, ac non esse, ut proponitur in propositione obiectiuam intellectum non assentiri; sed dissentiri: sique intellectum veri, seu entis per assensum professionem, & accessum; seu dissentium, recessum, & fugam. Dispicitur vtraque explicatio: prima, quia nos, ut diximus, negationi entis sub regimento entis, seu esse ficti assentimur; nec solum dissentimur: ut in hac propositione *negatio Antichristi est*. Secunda: quia, si ei solum, quod non apparet verum, dissentimur; assentimur autem ei, quod verum apparet: cum modo appareat, sique omnino verum. Antichristum non esse, & non esse alia omnia, quæ nunc suis negationibus a rebus remouentur, eorum negationibus assentimur, non autem dissentimur; licet existentie rerum, quas remouent, dissentiamur. Vnde efficaciter ad hominem prima expositio eueritur per secundam. Facilius, gemianus, vniuersalibus, ac verius proloquium intelligo, *Id, quod non est, non sciri*: ac proinde id, quod negatione remouetur, quando negatio adest, nusquam sciri esse: negatio autem rei negatione ipsa non remouetur; sed suo modo est, cum remouet positium: ac proinde cum res non cognoscitur, quia non est, eius negatio cognoscitur.

2. Oppones secundo: veritas, seu verum est passio metaphysica entis: ergo ad conuenientiam cum illo dicitur: ergo nequit conuenire negationi: quia iam de non ente dicitur, eique, nec solum enti conuenit. Huius sententiam communis, & vera responsio est, veritatem positiuam, quæ fit in positiuam, nec apparentem solum soliditate essendi (ut diximus controu. met. ac sæpe controuerf. de Trinit. & hic controu. 1.) esse entis passionem, ac proinde ad conuenientiam cum illo dici: scilicet negatiuam veritatem non entium, seu carentiarum propriam. Tertio opponitur ex eo quod res est, propositionem, & cognitionem esse veram; ex eo vero quod non est esse falsam, ut vulgo dicitur: ergo non entis vera cognitio esse non potest: ac proinde Deus, qui nihil, nisi vere cognoscere valet, non entia non cognoscit. Distinguo Antecedens: de cognitione, seu affirmatione positiuam, seu positiuam, ut Petrus est, vel est albus, concedo Antecedens: de negatiua nego. Hæc enim potius ex eo, quod res non est, est vera; essetque falsa, si res esset, ut patet. Quarto opponitur: cognitionem esse veram representationem, & similitudinem positiuam cum obiecto cognito, quæ ad negatiuam positiuam vere esse non potest: ac proinde neque negatio cognosci valebit. Respondeo: veram positiuam similitudinem physicam non posse esse ad non ens seu cum negatione; posse autem esse veram positiuam intentionalem cum negatione.

3. Quinto: Incolta, & puerili æquiuocatione argues: ut Deus cognoscit carentiam rei, cognoscit nihil: qui nihil cognoscit, nullam habet cognitionem: ergo Deus circa carentiam rei nullam habet cognitionem: æquiuocatio est in voce *nihil*, quæ verbo præposita negat cognitionem omnem; postposita designat cognitionis obiectum: præterea rigorose loquendo carentia vna non est absolute nihil, hoc enim est omnium entium remotio, illa vero vniuersum solum. Instabis: visus eo solum modo videt tenebras: ergo & intellectus etiam diuinus. Negatur consequentia: tum quia visus obiectum color & lux est, non autem verum, & cognoscibile in tota sua latitudine, quod est intellectus obiectum, negationisque, & carentie omnes rerum comprehendit. Respectu autem intellectus diuini specialis alia disparitas intercedit. Nam vi-

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.

sus potentia, & principium cognitionis inadæquatum est, quod obiecto per se, vel per speciem adiuue debet compleri: id quod negatio neque proxime, neque remote præstare potest: cum negatio adiuua esse non possit. In Dei autem intellectu potentia adæquata ad cognitionem cuiuslibet obiecti est: quare nulla obiecti adiuuitate eget; sed sola terminatione, seu extrinseca eius positione, & veritate in quouis statu, ut in eo cognoscatur, suaque infinita scientia representetur. Eiusmodi autem veritatem, & cognoscibilitatem carentiis adesse, asserit moultatum cit.

4. Tandem, si veritas, & cognoscibilitas carentiis adest, erunt intra spheram obiectiuam intellectus creati: ergo ut in se sunt, poterunt ab intellectu creato videri, nec solum per species alienas; sed per proprias à Deo saltem immittas. Inde enim Deum videri posse ab intellectu creato per speciem propriam, & ut in se est; nec solum abstractiue communiter probatur: quia, verum, & cognoscibile cum sit, ab illoque proinde naturaliter abstractiue cognoscatur, nequit non absolute posse ab illo intuitiue, & per speciem propriam videri. At implicat videri, & per species proprias ab intellectu creato secundum se sumptas carentiis rerum: ergo & habere veritatem, & cognoscibilitatem. Minor suadetur: quia ut videatur, per species proprias debet videri, ut est in se, atque habere esse obiectiuum in mente cognoscentis: implicat videri ut est in se quod nusquam est: habereque esse obiectiuum quod nullum habet esse. Hoc argumentum (quod minori doctrinarum sumptu in mente Dei etiam reuertitur) æquiuocationis fallacia laborat: illud quippe, *ut est* cognitionis intuitiue non significat vniuersum esse positiuum, & absolute tale; sed vel positiuum, vel negatiuum: atque excluditur cognosci ad modum alterius, atque aliter quam suo modo sit, siue positiuum, si positiuum obiectum sit, siue negatiue, si negatiuum: quo pacto à Deo carentia videtur esse nihil, seu non esse aliquid rei, cuius carentia est: sique casu, quod Deus speciem propriam carentiæ intellectus creato infunderet, ab eo videretur.

5. Contra secundam conclusionem opponitur. Non entia nequeunt esse obiecta motiua: atqui quidquid cognoscitur in se obiectum motiuum suæ cognitionis esse debet: ergo non cognoscitur in se à Deo. Absolutè distinguitur Maior communiter: de motione physica conceditur, de intentionali negatur. Licet enim nequeant non entia mouere physice potentiam producendo in illa, vel sui speciem, vel partialiter cognitionem; possunt autem, inquit, mouere intentionaliter determinando suam veritatem, & cognoscibilitatem intellectum Dei, ut in ipsa seratur. Similiterque distinguitur Minor, & negatur consequentia: vnde ad instantiam quæ fieri posset, quod non entia non specificent diuinam cognitionem, ut deberent, si in se cognoscerentur, negant illam non specificare. Ego verò Maiorem plane admitto iuxta verosimiliorem mihi doctrinam supra traditam: quia intellectio diuina è suo primario obiecto, & adæquato specificatiuo Deo infinita, atque omniscientia euadit: determinataque est non solum ad representandum per accessuram representationem, sed representatio actualis cuiuslibet veri, & omnium, quæ occurrerint in quocumque statu cognoscibilitatis, & veritatis, quin ei aliquid formale, & intrinsicum representationis actualis addatur, ut sæpe diximus: vnde eis obiectis nec determinari potest, nec specificari, cum vtrumque adhuc respectu illorum antecedenter habeat. Sed Minor de motione physica per speciem, vel cognitionis suæ physicam productionem adhuc respectu intellectus creati falsa est omnino propositio: nam cognosci in alio ad solam obiectiuam determinationem spectat, quæ ex præcognito aliquo mens in alterius ducitur cognitionem: quo modo species obiecti non mouet, ac proinde neque efficit, quo minus ob illam obiectum in se videatur, ac non in alio, ut patet in visione coloris, & beatifica creati intellectus.

6. Oppones rursum contra eandem conclusionem illud satis ad rem hanc vulgare Dionys. 7. de diuin. nom. sub med. *Non quod per speciem singula consideret: sed vno causa complexu omnia sciat, & continet: quemadmodum etiam lux per causam in se reobrarum nostram anticipatam, & informatam habet, quod non*


D d 2 aliunde,

ORTEGA  
In A. pari  
D Via

aliunde, quam ex luce tenebras nouit: quæ ita contra nos, & pro aduersariis interpretatur S. Thom. 1. p. quæst. 14. a. 10. corp. sic autem est cognoscibile unumquodque, secundum quod est: unde, cum hoc sit esse mali, quod est priuatio boni, per hoc ipsum quod Deus cognoscit bona, cognoscit etiam mala: sicut per lucem cognoscuntur tenebra. Unde dicit Dionys. 7. c. de diu. nom. quod Deus per semetipsum tenebrarum accipit uisionem, non aliunde uident tenebras, quam à lumine. Ad 4. uero subdit: Malum non est per se cognoscibile: quia de ratione mali est, quod sit priuatio boni: & sic nec desiniri potest, nisi per bonum. Respondetur (quod ad præsens attinet) historiam: aliud esse cognosci aliquid necessario in alio, seu per aliud tanquam per medium præcognitum; aliud cognosci per aliud tanquam per terminum. Primum obicit quominus, quod ita in alio, seu per aliud necessario cognoscitur, cognoscatur in se; secus secundum: relatiua enim omnia, seu relationes in se, & per se cognoscuntur, & tamen necessario per suos terminos cognoscuntur: non tamen per illos præcognitos; sed simul cognitos, ut de relatiuis aiebat Aristoteles esse simul cognitione. Hoc modo solum docet Dionys. & S. Thom. cognosci priuationes, seu non entia per entia, quæ remouent, tanquam per terminos, ut postremis uerbis expressit S. Thom. non autem per illa, tanquam per media, quod solum secundæ nostræ conclusioni poterat aduersari. Reliqua quæ in textu Dionysij ad alias quæstiones spectantia continentur suis locis, uel expolita sunt, uel postea suis locis exponuntur.

7. Disputatur seorsim, & à S. Thom. & ab aliis an Deus cognoscat mala: atque in S. Thom. est titulus diuersus sit de scientia diuina non entium, & scientia diuina malorum: tamen sub extremo hoc titulo de negationibus, & carentiis rerum agit, de quibus nos in præsentia, ut legenti patebit, in priori enim titulo de cognitione Dei erga possibilia, quæ non existunt, solummodo agit, non autem de illius non existentia, siue remotione. Mala igitur triplicis generis sunt, uel physica, & metaphysica, quæ physica, uel metaphysicam rerum bonitatem remouent, uocaturque malum naturæ, quia rebus, quibus natura constat, disconuenit, quibus etiam positiuæ aliqua incommodant, ut aquæ calor: uel moralia, seu culpa, cuiusmodi solum sunt mala peccata, uel pena; & de tertio genere mali, hæc eadem omnino mala quæ primi generis sunt: addito solum quod in penam delicti immitantur. Secundi generis mala sunt peccata, siue in priuatio omnia, siue in positiuo, quæ commissiois sunt, consistant. Atque hæc posse etiam mala penæ esse Recentiores Murciani censent: ego uero cum ex nullo sine amari posse à Deo peccata uideam, penamque omnem ab infligente illam amari debere, de eorum permissione solum malum penæ posse esse iudico: non autem peccata ipsa, si proprie, & rigore scholastico loquamur. Hæc autem omnia malorum genera, eorumque indiuidua singula secundum se à Deo cognosci fide sanctum est. De malis physicis, seu naturæ ex illo Sap. 8. *Monstra scis antequam fiant*: De malis penæ ex Amos 3. *Si est malum in ciuitate, quod non fecerit Dominus, atque adeo cognouerit. Ratione autem, secundum se ea omnia, & in se à Deo cognosci probant omnia, quæ à quæst. 2. huc usque diximus. Cum enim ea omnia mala uel positiuæ entitati, uel earum negationibus consentent, atque positiuæ omnia, eorumque negationes & carentias secundum se, & in se unumquodque cognosci à Deo ostenderimus: & mala triplicis illius generis secundum se, & in se cognosci à Deo, certissimum est. Deinde in ipsis generale illud argumentum sæpe effermatum euidenter instauratur: quia ea omnia, & singula secundum se, & in se ueritatem, & cognoscibilitatem habent: quare omnium Deum nequeunt latere.*

\*\*\*



### QVÆSTIO V.

An impossibilia, & chimeras, siue negationes possibilitatis cognoscat Deus? ubi de cognitione diuina entium rationis.

**D**IXIMVS disputationis præfatione, negationes, seu carentias communitè diuidi in carentias rerum, quæ esse possunt, ac proinde contingentes, & in carentias eorum, quæ esse non possunt, ac proinde necessarias. De primis quæ proxima diximus; de secundis in hac seorsim dicemus: est enim indiscriminatim ac simul, quasi de una, eademque difficultate uulgo disputetur, tamen est in utraque questione ualde diuersa difficultas, ita ut primo admissio, negari possit magno fundamento secundum, ut ex dicendis patebit.

### CERTAMEN I.

Doctorum sententia expenduntur.

1. Totidem ferè sunt in questione præsentia, quot in proxima sententia iure: quia eadem utraque, atque utroque difficultas æstimatur. Enrius, Canar. 1. p. quæ. 28. a. 2. d. 3. dub. 1. Molina ibidem d. 3. conclus. 4. docere dicuntur, impossibilia, & chimeras, seu necessarias negationes cognosci à Deo, quatenus quædam rationis entitate induuntur, non autem secundum se sumptas: quemadmodum de negationibus omnibus, etiam rerum creaturarum, quæ nunquam erunt, docuisse idem referuntur, ac insuper Valentia, & Fonseca, de quibus supra. Sed certe sicut de Valentia, & Fonseca diximus, nil tale Molina docet loco citato, neque uerbum ea de re; sed solum de distinctione formalitè metaphysica ex parte obiecti uisus attributi ab alio, tam respectu intellectus creati, quam diuini. Canariensis uero sententiam ex loco citato refert ibidem, quæ tota circa idem punctum est, nihilque de præsentia agit: licet uterque Deum entia rationis, quæ creatus intellectus in distinguendis attributis contingit, cognosci à Deo asserat: ex qua doctrina, & ea etiam, quæ, dum negationes chimerarum cogitamus compingimus, à Deo cognosci consequens est. Sed de hoc nulla hic est questio; sed an negationes possibilitatis chimerarum secundum se ipsas, & ut uere, ac non fictione nostra sunt (si certe suo negatiuo modo sunt) Deus intueatur. Idcirco in hac sententia referenda hostem, quem imperamus, non habemus, cum nullus exploratus eius patronus adsit. Cæterum, si ut dixi, sub regimento illo rationis uera negatio chimerarum latet, satis constans ex dictis est, eam secundum se, atque in se uideri à Deo.

2. Secunda sententia sit: Non posse à Deo uideri uel ratione, quia positiuum aliquid impossibile, & chimæra uere non est; sed negatiuum: quare neque uerum, & cognoscibile, atque adeo solum cognosci à Deo negatiuum quatenus chimæram, quam à possibilitate remouet, non cognoscitur, ut proxima quæst. de negationibus rerum possibilium certam. 1. in prima sententia referrebamus; cuius fundamenta omnia distinximus certam. 2. & 3. eius impugnationibus, & solutionibus fundamentorum referendis idcirco abstinentus, cum facile omnia ea à quolibet transferri huc possint. Tertia sententia esse potest, quam in simili de negationibus possibilium non existentium certam. 1. citato secundo loco reuolimus, scilicet: cognosci negationes impossibilium, de quibus hic agit, à Deo solum quatenus cognoscitur se possibilia, quæ remouent, non uideri. Hæc etiam sententia ad rem præsentem eis rationibus consurgenda est, etique solutio

solutionibus à fundamentis eruenda, quibus similem ibi confutauimus atque radicis conuulsimus, nihilque præterea hic erit agendum.

3. Quarta sententia sit, quam ex recitata, tanquam Soaresi, certam. 1. citato num. 6. primus excogitauit magister meus magister Didacus Daza manuscripto de scientia, tanto subtilis, solidique ingenij sui acumine, ut me, non solum tanti Doctoris, & Magistri autoritate, & obseruantia, sed rationis etiam ponderare traxerit, trigintaque & quinque totos annos tenuerit. Negabar ergo suppositum quæstionis nempe impossibilem, seu chimerarum negationes dari: ac proinde neque à Deo secundum se cognosci, cum secundum se vere non sit; sed solum eorum fundamenta, scilicet homo, & equus v.g. quorum vereque adæquate posituum quid sunt, quin negatiuum aliquid re ipsa inuoluant, ut vel homo non sit equus, vel equus non sit homo: ac proinde Deus, qui res, ut sunt, intuetur, cognoscendo hominem, & equum, cognoscit, vtrum non esse alium, quin negatiuum adhuc, siue negationem ad id necessario cognoscit; licet, quia à nobis negatio concipitur, eam etiam, quam nos concipimus, & fingimus, percipiat: in ordine tamen ad nostram cognitionem. Quod autem vera negatio chimære, seu impossibile non sit, sed conficta probat factis acutè: quia impossibile neque est actus, neque potentia: ergo nequit esse vera illius negatio, seu remotio. Patet: quia, quod seipso remouit ab omni vero statu rerum est, nequit verè per aliud remoueri: ergo illius solidari potest facta per rationem nostram negatio, atque remouitio.

4. Dices, remoueri possibilitatem identitatis, quæ prædicatur chimære, hominij scilicet, & equo post aduentum. Contra primo; quia, cum possibilitas à re possibili re ipsa non differat, ut controu. metaph. demonstrauimus, idem est rem esse impossibilem, atque ipsam possibilitatem re ipsa esse impossibilem. Secundo, vel hæc possibilitas potest re ipsa aduenire identitati hominis & equi in vero priori aliquo, vel secus. Si postremam: ergo in omni priori reali, & vero impossibile hoc (& idem est de categoris) de se est impossibile: ac proinde negatio, seu remotio illius possibilitatis reuera, ac non fide nusquam esse potest. Vbi enim habuit omnino, & pro omni vero signo reali impossibile est, omnino etiam, & pro omni signo reali eius negatio, & remotio est impossibile. Si autem admittas primum: nempe in aliquo vero, & reali priori posse impossibile accipere possibilitatem, vere pro illo priori, & signo, poterit eiusmodi potentia ad actum pro posteriori aliquo signo vero, & reali re ipsa reduci: ac proinde identitas hominis, & equi, cuiusvisque alterius chimære: ac proinde chimære omnes erant possibles quod repugnat: cum impossibili æque possibilitas, atque existentia omnis repugnet: igitur ipis omnino, & pro omni signo impossibilitas remota à possibilitate ipsa sunt: ac proinde implicat dari impossibilem veram, & realem remotionem, seu negationem: quare eorum negatio vera non est, & quæ à Deo secundum se cognoscatur; sed, ut nostris mentibus negatio modo explicatur.

5. Recentiores Complutenfes respondent: negationem possibilitatis impossibilem non supponere possibilitatem aliquam eorum, quam remoueat, sicut negatio existentie rei possibili supponit rei possibilitatem. Dicit enim ita illam remoueri, ut res esse possit: conuenire autem in eo vtramque docet: quod, sicut si negatio existentie non esset, Petrus v.g. existeret; ita si negatio possibilitatis chimære, v.g. hominis equi, non esset, homo equus esset possibilis. Doctrina quidem horum Recentiorum vera est, sed, quæ, nisi magis explicetur, argumentis factis non satisfaciet: etenim, si eiusmodi chimæra homo, & equus, eorumque identitas posituum quid, adhuc potentia sit, quomodo eius negatio vera esse potest, quæ remouit posituum, quod remouetur, natura, & essentia potest esse, ut per se notum est? Altius ergo pensanda res est, ut difficultas propofita plene expediatur.

CERTAMEN II.

Deus cognoscit secundum se, & in se negationes possibilitatis, seu necessarias negationes impossibilem.

1. Conclusio prima præfixi tituli est: Deum cognoscere negationes necessarias impossibilem, & chimerarum, v.g. hominem non esse equum secundum se sumptas: nec solum quatenus cognoscit hominem, & equum, sed quatenus cognoscit negationem identitatis necessariam inter hominem & equum, suffragantur omnes præter meum citatum Præceptorum: nec Soares differt, solum enim negat, ut eiusmodi negationes à Deo cognoscantur, opus esse, ut eas Deus tanquam quid posituum, siue sub tegumento entis rationis cognoscatur, ut vidimus, quæ proxima certam. 1. quin perfectissimam earum cognitionem in ipsas secundum se sumptas tendere contra primam sententiam à nobis recitatum hic cert. 1. num. 1. expressis verbis recitatis docet. Ratioque est manifesta; quia verum est ex parte obiecti, hominem non esse equum siue non esse eorum identitatem, non solum actualiter, sed neque possibiliter: ergo vera est negatio possibilitatis identitatis hominis & equi, adeoque necessaria, ut non possit positua possibilitate auferri. Insuper est diuersa à possibilitate, seu entitate positua hominis, & equi: quia negatio nequit posituum alicui identificari: ergo ab omniscio Deo ea negatio secundum se, nec solum, quatenus homo, & equus ab illo cognoscuntur, intelligitur.

2. Dico secundo; eiusmodi negationes possibilitatis chimærarum non solum secundum se; sed in se à Deo cognoscuntur: esto modo, cognoscantur etiam in alio: est æque ac prima communis conclusio. Probat; quia quidquid in se habet veritatem, & cognoscibilitatem potest obiectiue determinare (licet nequeat determinare effectiue) suam potentiam ad sui cognitionem: quin egeat determinatione alio, ut cognoscatur: id quod apertus est in Deo, cuius intellectum, seu potius cognitionem nullam extrinsecum obiectum aliter determinat ad cognitionem sui, quam extrinsecæ suæ veritatis positione in aliquo statu ex his, in quibus cognosci potest; quia ex se Deus ad omnia obiecta extrinseca cognoscenda determinatus est, imo est determinata omnium extrinsecorum cognitio exercere, & representatio actualis de se, ut sæpius diximus. Hæc verò de negationibus chimærarum, tam secundum statum possibilitatis, quam existentie ita intelligenda sunt: quemadmodum de Deo docebamus, d. 3. quæ 3. certam. 1. num. 4. ubi ostendimus, nusquam esse, cognoscitue à se secundum statum possibilitatis præfixi, quæ nullatenus in Deo est diuersa ab statu existentis actu, & exercere à se, siue necessariæ suæ existentie: ubi etiam quidquid hic in oppositum obici posset, factis diluimus, Quod suo modo de negatione à se, & necessaria chimærarum actu, & exercere tali est etiam veram.

3. Opposita Magistri nostri argumenta solum euincunt impossibilia, & chimæra per distinctas ab ipsis negationes veras, neque ab existentia, neque à possibilitate remoueri, cum seipsis ab vtroque sit tu remotæ sint; non autem seipsis, atque indistinctis à suo, quali quali, esse ab vtroque non remoueri; se quippe; & e conceptu suo impossibilia sunt, atque à possibilitate remota (ut ille in suis argumentis supponit) non secus atque possibilia seipsis possibilia intrinseca possibilitate sunt, quin superaddito repugnantie exclusiuo opus habeant: sic igitur repugnantia, & impossibilitas intrinseca chimærarum omnium superaddito aliquo opus non habet, ut possibilitatem, seu non repugnantiam excludat. Si ergo seipsis homo equus, seu idem cum equo, reliquæque chimære in se, ac secundum se remotæ à possibilitate, & citius ab existentia rerum sunt, negatiuum quid, seu pure negationes veræ sunt, atque obiecta vera, nec ficta, nisi casu, quo, ut entia cogitentur: ac proinde constat, veram esse quæstionis huius

IRTEGA  
In J. pari  
D Via

suppositum: utraque à Deo chimæras, & cognoscibiles, & cognitæ esse.

4. Sed quid inquit hæc impossibilitas intrinsecæ negationes remoueat, cum equi, & hominis, seu hominem, equum ab existentia, & possibilitate etiam, formaliter propellant? Nam veræ priuationes, seu negationes, non nisi veræ posituæ habitus sunt: cum tamen existentia, & possibilitas posituæ, ac veræ chimæras nullius esse possit, ut Magister noster arguebat. Sed rogabo te: quam impossibilitatem, repugnantiam, seu necessariam negationem existentia remoueat possibilitas intrinsecæ rebus possibilibus? A quæ enim negatio per posituum amouetur, atque posituum per negationem remouetur: & tamen nulla impossibilitas, repugnantia, negatiove necessaria possibilibus potest accedere. Quod mihi responderis, à contrario questionis tue satisfacet. Secundo Deus, qui à se ens, & existens est, atque inde ens necessarium demonstratur, ita est, ut nec possit non esse. Rogo: quodnam non esse esse non potest? An non esse suum: hæc quidem negatio non essendi, est non essendi chimærici in Deo; & tam eno positu prædicato Dei remouetur. Cur ergo non & veræ negatione chimæras impossibili remouetur possibilitas? Respondo: ergo contradictoria extrema possibilitatis, & impossibilitatis, nec possibilitatem, nec impossibilitatem eorum, à quibus oppositum contradictorium remouent, veram supponere, quod remoueat: quin, ut alterutrum extremum verum sit, alterum debere esse impossibile: quia alias illud formaliter non remoueretur iuxta statum contradictoriorum legem, & naturam. Non fecus atque negatio existentia: ex ea lege nihil existentia in rebus relinquit, neque existentia aliquid negationis existentia.

5. Obiiciunt sibi Recentiores Complutenses: Impossibilitatis essentia in eo est, quod si, quod impossibile est, existat, duo existent contradictoria: siue, si existat identitas hominis, & equi duo contradictoria existent: ergo, ut Deus impossibilitatem, seu negationem possibilitatis chimærarum, v.g. identitatis hominis, & equi, cognoscat, illam hypothesim cognoscat. Antecedens est certum, atque ab opposito probatur: quia possibilitas rei in horum, & communium sententia, nihil aliud essentialiter est, quam, quod si res possibilis existat, non existent duo contradictoria. Consequentia est legitima, & euidens: si quidem veritas conditionata cognosci nequit, hypothesi ignota. Inde verò inferitur, Deum independentem ab intellectu humano, atque ut impossibilia, seu negationes possibilitatis chimærarum cognoscat cognoscere, ac facere entia rationis. Respondent sibi Recentiores cognoscere de se entia rationis ex infirmitate mentis, & imperfectione modi cognoscendi imperfectum quid, Deoque indignum esse; aut ex necessitate cognoscendi veritatem aliquam aliter incognoscibilem summæ, atque infinitæ mentis, & cognitionis perfectionem esse, quæ eam etiam cognoscere debet, saltem apprehensuræ, ne verum aliquid ignoret.

6. Laudo solutionis doctrinam, iuxta quam statim nonnulla statuum; sed tamen doctrinam de essentia possibilitatis, & impossibilitatis satis communem, quam solutio supponit, probare nunquam potui, quin eam satis multis contutauit controu. met. ubi de conceptu impossibilitatis chimærarum, & possibilitatis rerum fuscè disputauit. Ad rem autem præsentem falsum omnino est, impossibilia, & chimæras, siue negationem possibilitatis identitatis hominis, & equi in ea conditionata veritate consistere: ac proinde neque aliter cognosci à Deo posse. Etenim impossibilitatis conceptus essentialis est conceptus negationis necessariae, in quo nulla veritas conditionata est: quemadmodum neque in ente necessario Deo, qua ente necessario, vlla conditionata veritas est, imo, ut citato loco dicebam, quemadmodum ratio entis necessarii in Deo posterior metaphysicè est prædicato entis à se, ex quo metaphysicè à priori demonstratur, ac proinde in essentiam metaphysicam Dei non ingreditur, ita neque ratio negationis necessariae essentiam metaphysicam impossibilitatis consequens, quæ in præciso conceptu negationis à se constituitur: in hoc autem nihil conditionatum involuitur; sed totum est absolutum. Verum est ex eo conceptu negationis necessariae, essentiam metaphysicam

impossibilitatis metaphysicæ, consequenter induci etiam illam veritatem conditionatam, si existat impossibile aliquid, siue chimæra existit contradictorium: non quidem, ut plures affirmant, quia in impossibili verumque contradictionis extremum claudatur; sed, quia negatio necessaria involuitur: cui hypothesi existentia rei impossibilis contradicit: ac proinde ea purificata hypothesi, positæque in statu absoluto est: absoluta contradictio: quare & eam cognosci à Deo debere de se, & directè nec solum quatenus ab intellectu creato concipitur, ut iam dicam.

### CERTAMEN III.

#### Cognitio, & efficientia diuina entium rationis discutitur.

1. IN quaestione de cognitione, & effectione entium rationis à Deo, tribuenda ipsi sit necne? Dico primò: Deus directè cognoscit de se entia rationis, nec solum indirectè, quatenus cognoscit creatas cognitiones, quæ illud representant, atque effingunt. Probatur primò conclusio ratione facta cert. 2. num. 5. quia, ut cognoscat, atque assentiat prædicte veritati conditionatæ, si existens chimæra, aut homo identificatus cum equo, existeret duplex contradictorium oportet cognosci, & apprehendi identitatem hominis, & equi, ut dicebamus, de seque nouum est: Secundo: quia, ut hoc iudicium absolutum de se, & directè efformet: homo non est equus: oportet etiam, ut identitas hominis & equi significata per copulam, quæ negatur, à Deo etiam apprehendatur: neque enim negari potest, à sano homine adhuc, quod ignoratur: aut identitatis hominis, & equi ficta solum, & per rationem est: ergo de se & directè cognoscitur à Deo. Dices, identitatem, quæ in vtraque cognitione à Deo cognoscitur, esse identitatem veram sub conceptu communium veræ, & possibilis identitatis, quæ quidem solum eo iudicio remouetur: non ficta, quæ per rationem homo, & equus idem sunt: ac proinde nihil rationis à Deo apprehendi, ut verumque iudicium efformet. Sed contra: quia cognoscit identitatem contractam ad identitatem hominis, & equi in particulari, ipsiue applicatam, quomodo nequit non ex parte obiecti ens rationis intercedere: cum autem eam videat ens rationis meræ, quod absolute non est, esse absolute inter extrema illa homo, & equus: negat si dicas inde inferri Deum entia rationis facere, nihil absurdum inferitur, ut constabit ex concl. 3.

2. Dico secundò, Deum cognoscere entia rationis indirectè: quatenus cognoscendo cognitiones creatas, quæ illud contingunt facta à creaturis contemplantur. Hæc conclusio, licet præcedenti certior non sit, est tamen inter Doctores communior. Probatur facillè: quia Deus cognoscit cognitionem, qua efformatur à me chimæra: ergo cognoscit chimæram. Probatur consequentia: quia efformatur à me chimæra, v.g. homo, equus cognitione chimæra; qua intrinsecè, & essentialiter cognitio, & representatio formalis, realis intentionalis chimæra est: atqui nequit cognosci representatio, qua talis sine representato: ergo nec cognitio, seu representatio chimæra quin cognoscatur simul chimæra. Minor constat ex generali communi doctrina de reatiuis ab Aristotele, quod reatiua, præsertim essentialiter connexa cum termino simul cognitione, atque cum illo, ac non aliter cognosci debeant. Dices inferri inde dependentiam creatæ cognitionis realis, & veræ ab ente rationis, à quo implicat pendere realem, & veram entitatem: atque insuper mutua causalitas vera inter ens rationis & cognitionem, qua causatur. Respondetur: dependentiam cognitionis ab ente rationis tanquam à causa vera, & reali admittendam non esse: ea enim est, quæ implicat; tanquam à termino, cuius effectio cognitio est, & à posteriori, verè dari: ad id enim non requiritur verus, & realis influxus entis rationis in ipsam: quare neque quod habeat esse pro priori aliquo independentem ab ipsa: id quod essentia entis rationis repugnat, ut patet. Ut autem terminus cognitionis

gnitionis sit, fat est, quod representari per illam queat. Vide constat, non esse mutam causalitatem inter am, magis, quam inter actionem physicam, cuiusque terminum, seu effectum.

3. Dico tertio: entia rationis, non solum vt actu cognita ab intellectu creato, sed etiam vt possibilis extrinsecè, & factibilia ab intellectu creato cognoscit Deus, sicut vt possibilis intrinsecè negatiuè, bene autem præcisiue. Prima conclusionis pars probatur facillè ex dictis conclusionibus. 2. quia cognoscit possibilem cognitionem entis rationis, quæ factio impossibili suo modo, seu incognoscibili per ipsam entis rationis repugnat: ac proinde, vt possibilis, non cognoscitur à Deo, quin Deus decipere; quod repugnat. Secundo: quia Deus videt veram potentiam intellectus creati ad fabricanda entia rationis quare & ea videt ab illo esse factibilia, ac proinde extrinsecè suo modo possibilis. Secunda conclusio- nis pars videtur difficilior; sed, me iudice, è facilius probatur: quia, cum totum intrinsecum esse actuale entis rationis sit cognosci, nequit à Deo cognosci, vt factibile ab intellectu creato; quia à Deo cognoscitur, atque esse actuale recipit intrinsecè: ac proinde nequit cognosci à Deo non existens: quod ipsum erit, si à quouis intellectu creato, vt factibile cogitur: quævis enim mens entium rationis rationis causi, adæquata est existentia intrinsecè totam, quam non aliter tribuit, quàm ea cogitando: quare respectu cogitantis eorum aliquod non est possibile præcisiue adhuc; sed existens, & factum; licet respectu non cogitantis possibile extrinsecè, & factibile maneat: possibile autem intrinsecè solum esse posse ens rationis, si nemo, nec Deus de illis cogitaret: quemadmodum effectus, qui à pluribus causis physicis adæquatis casuali physice possit, si ab vna fiat respectu aliarum factibilis solum, & possibilis extrinsecè est. Respectu autem illius facti, atque absolute existens, nec solum possibilis. Cognoscitur autem ens rationis, vt possibile intrinsecè præcisiue solum: quia conceptus possibilitatis suo modo entis rationis præcisiue non pugnat cum eius existentia, nec falsam Dei illud cognoscens cognitionem redder.

4. Dico quarto, & vltimo: Deus entia rationis architectatur. Conclusio plures habet aduersarios; sed, vt notor, necessitatem, nec entis rationis essentiam, & naturam, quam itantur, penetrant. Sunt tamen pro nota Valentia, Fonseca, Molina, Canar. supra citati, & alij plures, in quibus Complurenses nostri, & Murciani recentiores. Est facillè probato: quia Deus cum, vt cognoscit nolens cogniciones entium rationis, tum, vt cognoscit modum, quo à nobis possunt efformari, tum denique, vt cognoscit veritates plures tum in hypothetico, tum absolute opus est chimæras, & obiecta impossibilia, ac seipis ab omni postriuo diuersas, & amoras nolle, vt possit positum concipere, vt de identitate hominis, & cogitatis omnibus: & idem de aliis iudicium necessario erit: ergo eis omnibus existentiam tribuit obiectiuam: quo illa nisi amplius, vt à cognoscente fiat, neque cognoscens, vt ea faciat, requirunt. Dices primo: si Deus ea omnia percipiat, & agit cognitione sua, ab æterno, & in æternum cognoscet, & agit infinita entia rationis, quæ omnia, cum nihil sint, tæpe æternitate occupatus, distorquetur fuit, & erit in nihil agendo, non sine oriotitatis, & inuitis occupationis nota. Responderunt bene à nobis supra laudati Recentiores Complurenses, non esse inuicem, & otiosam occupationem eam, quæ, vt notor veritates necessario à Deo cognoscibiles, ne aliquam ignouer veritatem, impenditur: cum constet, eas sine apprehensione simpliciter entium rationis cognosci à Deo non posse.

5. Oppones: entia rationis non posse cognosci, nisi ab eo, qui res aliter, ac sunt, cognoscit: at Deus res, vt in se sunt, cognoscit, nec potest aliter cognoscere: ergo Deus nec cognoscit, nec potest entia rationis cognoscere, nec idem facere. Negatur absolute Maior, etenim, vt Deus plures veritates, vt reuera in se sunt, iudicatiuè cognoscit, oportet illam entia rationis apprehendere. Minor est vera: vnumquodque enim, vt in se est, cognoscit negationes etiam possibilitatis, & entia rationis, quæ ad iudicandum de illis debet apprehendere, atque ad cognoscendas nostras de entibus rationis cogniciones: inde

verò nullatenus inferitur consequentia, cum negata sit, & absolute falsa Maior. Instabis; entia rationis non esse: ergo cum cognoscuntur, esse cognoscuntur aliter ac sunt: ergo ab eo, qui obiecta, aliter ac sunt, nequit cognoscere (vt Deus nequit non cognoscere) non cognoscuntur. Secundo: cum nihil reuera sint, nisi cum deceptione, & fictione cognoscens, quæ etiam Deo repugnant, nulloquam cognoscuntur. Distinguo Maiorem. Non sunt realiter, concedo; per rationem nego: & distingo consequens: esse realiter à Deo non cognoscuntur, fateor; esse per rationem à Deo non cognoscuntur, diffiteor: idque factus est, vt cognoscantur, ac ac veritatibus dictis à Deo iudicentur.

6. Ad secundam instantiam dico: entia rationis sine fictione, id est, effectione entis rationis, quod eo ipso, quod cognoscitur, sit, atque effugiat, cognosci non posse: cuiusmodi autem effectiorem seu fictionem non esse Deo indignam, & repugnantem; sed prorsus dignam, vepote necessariam, vt nullam veritatem ignoret, licet fictio, seu falsitas in cognoscendo, aut dicendo Deo repugnet: hæc autem Deo, ne in cognitione quidem entium rationis, adeit; cum cognoscatur, nihil vere effectus solum fite, & per rationem. Unde constat, neque in entis rationis cognitione diuinam deceptionem, adhuc passiuam esse: cum ea esse, quod sunt cognoscatur, & negationes necessarias, seu chimæras in se etiam cognoscatur; licet nequeat de veritate obiectiuam illarum iudicare, quin identitatem impossibilem apprehendat, vt diximus. Itaque Deo ad cuiusque siue positiuam, vel negatiuam realis apprehensionem apprehensione entis rationis opus non erit, cum in se omnia tam positiuam, quam negatiuam fecerim: dum seipis penetrat, vt ad perfectam eius intellectiuam vim spectat: at ad vere, vt debet, de chimæris, seu vnam rem aliam realiter diuersam non esse iudicat, opus illi est veriusque identitatem purè rationis apprehendere: quæ proinde necessitas ex perfectione summa intelligentiæ diuine promanet. Si autem entia rationis apprehensæ etiam necessario cognoscatur, quia aliter negatiuam veritates, & obiecta apprehendere nequiret, sicut nos: id sane imperfectio esset, mentisque sicut in nobis indigentia, & penuria.

7. Denum ex dictis constat, entia rationis à Deo per eius scientiam, prout apprehensio est, cognosci, atque existimari. Item cum de eis iudicat per iudicium tam assensus, cum assensur esse rationis signata, quam dissensus cum ea verè & physice esse diffinitur. Si iudicium subiecti, & prædicati representationibus tanquam sui partibus constet: de quo controu. de actibus nostri intellectus ex instituto: tractatu de anima agebamus, questionibus aliis de intellectu diuino respectu entium rationis omisso: tum, quia ex his, quæ controu. metaph. de creatis cognitionibus respectu entium rationis diximus, dirimi facile (refectis modi nostri cognoscendi imperfectibus) de intellectu diuino possunt; tum, quia ad bonam Theologiam inuitiles: tum denique, quia præsentis materiz grauitissime patientiam, nostramque etiam, satis onerauimus his, quæ de laruis signenturque illis serio disputauimus.



DISPUTATIO V.

De statibus, in quibus præfata obiecta creata secundum se diuinam terminant cognitionem.

**D**ISPUTATIO præfata creata obiecta omnia, ad quæ representanda diuinam scientiam extendi docuimus, admittit, tam negatiua, quam positua verè, ac sine mentis fictione talia (de entibus quippe rationis, quod ad verum statum, in quo à Deo cognoscuntur, plus satis diximus qu. proxima, certam. 3. num. 3.) quorum omnium statibus aptis, vt secundum eos diuinam terminent

IRTEGA  
In J. p. a. n.  
D. V. I. a.